


**Monvmenta Varia Inedita Variisqve Lingvis Conscripta**

**Trimestre 10**

Jenae: Bielckius, 1717

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825820006>

Band (Druck) Freier  Zugang



unt

LXXIII. 8.

72. a. 4.

*Zwei Tabellen.*

Rb. 2685.

~~Pa. 1018~~



MONUMENTA

ATICA

ATICA

ATICA

ATICA

ATICA

ATICA

ATICA



MONVMENTA  
VARIA INEDITA  
VARIISQVE LINGVIS  
CONSCRIPTA,

Nunc singulis trimestribus prod-  
euntia

*è Museo*

JOACHIMI FRIDERICI FELLERI  
Secretarii Vinariensis.



---

TRIMESTRE DECIMVM.

---

J E N Æ,

Apud JO. FELICEM BIELCKIVM.

M DCC XVII.

## Trimestri decimo insunt

- LIV. J-F Felleri *Specimen novi Eponymologici Critici secundum.*
- LV. D. Wiilh. Leyseri, J.Cri Wittebergenfis, Epistola ad Ahasv. Fritschium de defectu quodam Processus Inquisitioni Saxonici.
- LVI. Excerptum ex D. Lichtenhahnii Epistola ad A. Fritschium, de impietate & religionis neglectu Medicis familiari.
- LVII. Excerpta ex epistolis Speneri ad Fritschium Manuscriptis, de tentata ab Episcopo Thinenfi & Jesuitis Argentinenfis concordia inter Protestantas & Romanæ religioni addictos, Anno 1683. 1684. 1686.
- LVIII. Extract aus des seel. Herrn von Leibnitz an einem Fürstl. Hofe vormahls überreichten schriftlichen Vorstellung / daß man nicht nur grosse Bibliotheken besitzen / sondern auch dieselben zur Zierde des Landes / und nützlichem Gebrauch der Studirenden vermehren / und in gutem Zustande erhalten müsse. Nebst einem Vorschlag / wo die Mittel zur Vermehrung herzunehmen.

*J. F. Felleri Specimen novi Eponymologici Critici secundum, sive Judicia & Singularia de claris Scriptoribus Seculi XVI. & XVII. tam ex libris editis, quam ex schedis MSCtis collecta.*



Eo ab AIZEMA solebat cibos sibi appendi curare & potum quoque. Idem in extremis primum à Reformato, deinde à Lutherano, denique à Pontificio Sacerdote procurari se passus est, credo ne quid intentatum relinqueret. Epist. MS. obiit Hagæ 1669. vid. Biblioth. Histor. Hamburg. Centur. 2. artic. 12. ubi de scriptis ejus agitur. conf. Tabulam Alphabeticam Tom. I. Recueil des Traitez

præfixam.

Ulysses ALDOBRANDUS vel Aldrovandus, Patricius Bononiensis, Philosophiæ & Medicinæ in patria Professor, in senectute ad extremam paupertatem redactus visuque orbatus obiit An. 1605. Opera ejus prostant XIII. voluminibus. vide vitam ejus & effigiem in Imperialis Museo Historico p. 145. qui & operum exhibet satis prolixum Catalogum, unde patet hominem fuisse insigniter πολύγραφος.

Pleraque ejus Scripta ad physicas pertinent corporum naturalium species, puta metallorum, plantarum, animalium; Nonnulla quæ pag. 149. prope finem memorantur, ad interpretationem librorum Aristotelis Logicorum & Physicorum.

Leo ALLATIUS Chius, obiit Romæ, An. 1669. ætatis 83. Bibliothecam Palatinam Heidelbergæ Romam transvehi curavit, ut ipse gloriatur in notis ad Eustathium & Origenem de Engastrimytho Lugdun. 1629. in 4. editos.

Catalogum operum ejus editorum & MStorum habes in Libro Italico, qui Loređano tribuitur, & cui titulus: Glorie degli incogniti p. 305.

Aaaa

Libra



Liber ejus de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetua Consensione, rectius prodit Græcæ & Romanæ Ecclesiæ discordiam, quam utriusque concordiam, ut hoc potius præ se ferat libri titulus, Conring. Animadv. de Purgatorio p. 76.

Allatium in dissertationem suam de *erroribus Magnorum virorum indicendo*, quæ Romæ prodiit Anno 1636. non exiguas Lacinias ex Verdierii censione transtulisse annotavit Morhofius in Polyhistore, & de Patavinitate Liviana. p. 86.

Origenis aliquot homilias ab Allatio Latinas, factas suis in Jeremiam Commentariis inseruit Michael Ghislerius, ipso Allatio teste in notis ad Eustathii Hexæmeron. p. 308.

Libanii Orationes nondum nec græce nec latine editas Morello Lutetiam miserat Allatius, ut ederentur, sed has ille Suppresso Allatii nomine, sub Codicis Romani titulo publicavit; quod subindicat ipse Allatius in Apibus Urbanis p. 177.

Pro Antiquitatibus Etruscis ab Inghirami editis, in quas Animadversiones Allatius Paris. 1640. in 4. publicaverat, scripsit Benno Durkhundurkus, Slavus, Colon. 1642. 8. teste Hyde in Catalogo Oxoniensi.

Successit Allatio Romæ Renatus von Lüttich. Allatius in Dissert. de Libris Ecclesiasticis Græcorum, quæ prodierunt Paris. 1645. in 4. p. 77. præ manibus se habere scribit Tractatum de *Melodis Græcorum*, conf. p. 81. pag. 68. pollicetur opus de *Libris Apocryphis*. pag. 88. Sed de his, inquit, in tractatu nostro de *Origine græcarum literarum*, ubi earum antiquitatem & usum, & ut immutata fuerint, abunde explicavimus.

Chymicos quosdam scriptores edere voluisse Allatium, ex Labbeo retulit alicubi Morhofius in Polyhistore.

Rodericus de ARRIAGA, Hispanus Soc. Jesu, Theologiæ Doctor, & Academia Pragensis Cancellarius, qui devixit Anno 1667. in philosophia Sectæ Nominalium fuit addictus. Negat tamen eum in sacra Nominalium intima penetrasse, Salabertus philos. Nominal. p. 120.

Petrus AURELIUS, Abbé de S. Cyran, Chef des Jansenistes, a fait de tresbelles lettres qui contiennent de tresbonnes moralités. Ancillon T. 2. Melanges p. 223.

Johannes

Johannes BARCLAJUS Mussipontanus, duo fuerunt Barclaji, Guilielmus Pater, & Johannes Filius. Hujus elogium habes apud Joann. Imperialem Mus. Histor. p. 169. sq. ubi & imaginem ejus inspicias, obiit A. 1621. ætat. 39. Romæ.

Consuli etiam de eo potest A. B. id est Andreas *Bachman* seu *Rivinus*, in Ariadne sua, scriptis Barclaji Labyrinthis filum largita, ubi Isagogen habes ad Barclajum generalem de vita illius & moribus atque scriptis.

Sunt autem Barclaji scripta sequentiâ præcipua.

1.) *Euphormio*, cujus editio Anni 1616, in 12. quatuor partes exhibet, primam, secundam, tertiam, quæ & Apologia, quartam, quæ & Icon animorum inscribitur. Sed sciendum, singulas seorsim, nec uno tempore universa hæc primum prodiisse.

Iconem animorum, *opusculum tersissimum subtilissimumque* vocat Bœclerus in Dissert. Academ. pag. 550. sq. Illa germanice etiam edita legitur von Johann Seyfarten von Ulm, Schwedtschen Feld. Pastorn. Bremen, 1649. 12. in qua versione alicubi integræ paginæ omittuntur; interim notas quasdam asperit auctor jactandi sui causa magis, quam ut Lectoris palato inserviret.

2.) *Argenis*. Judicium de hac Argenide anonymi cujusdam Guilielmo Pignorio A. 1628. inscriptum legitur in mantilla ultima, quæ adjicitur Epistolis G. Richteri p. 783. sq. ubi imprimis hæc verba notatu digna p. 786. *Præcipuum Barclajo scopus sub hac fabularum suavitate rebellionis genium & artes, ac Principum ple-rorumque ex despicabili facilitate errores docere.* Argenidis editio Jenensis A. 1659. 12. quæ sumatibus Joh. Barthol. Ochleri prodiit, præmittit discursum de autore scripti, & judicium de nominibus Argenideis, maxima ex parte confectum è judicio Anonymi illius, quod paulo ante significavi inscriptum fuisse Pignorio. Eidem editioni in fine annectitur p. 810. Discursus in Joh. Barclaji Argenidem, cujus initium *Temere affirmare &c.* Eum vero habes in Ariadnes scriptore, quem B. Rivinum fuisse diximus.

Italicè quoque versam Argenidem prædiisse disces ex Nicii Erythræi Pinacotheca III. p. 77. 78.

Neque ignota nobis *Opitii* versio germanica: sed vir do-

A a a a z

ctissimus

distus Barclaji sensum non videtur ubique accurate fuisse affectus e. g. non longe ab initio Libr. II. hæc leges: *Nec deerrant, qui hæc tumultuandi initia ad Meleandrum deferrent.* Vertit Opitius, den Ursprung solcher Empörung zumessen durfften; verendum erat, zu Ohren brachten.

Habetur & pars altera seu continuatio Argenidis Francof. An. 1626. 8.

3.) *Paranesis ad sectarios hujus temporis de vera Ecclesia, fide & religione.* Hujus editio tertia prodiit Colon. Agripp. 1625. 12. De illo libro Imperialis in Museo Historico pag. 170. ita censet: *Adversus sectarios invehendi munus suscepit, sed hausta è Card. Bellarmini scriptis doctrina, vix ipse Theologicis rudimentis imbutus effudit oleum & operam.*

Stilus Barclaji non omnibus placet. Mihi fateor eum non displicere. Gravis est certe atque argutus. Carpit eum Maresius Lib. 1. Epist. 26.

Joh. Barclajum amœnissimi ingenii virum & omnis elegantiae compendium vocat Forstnerus ad Tacitum p. m. 161. (*Ex Schedis J. Thomasi.*)

\* ADDITAMENTVM J. F. F.

Barclaji Scripta perpetuis *Gallicismis* secatere & latinitatem ejus non usque adeo esse sinceram ex Scioppio, Nicio Erythræo, Bœclero, observat Morhofius de Patavinitate Liviana p. 115. 116.

Fuit & Academicus quidam Romanus, Balzaeo teste, qui in Barclaji Argenide ostendere voluit, ut ipse loquitur, quinze cens impropriétés de conte fait, & je ne sçay combien de pechés originels, & de locutions estrangeres. Morhof. l. c. p. 179.

*Vita Barclaji* extat apud Nic. Erythræum Pinac. III. p. 72. sq. ubi etiam dicitur Jacobus Rex Angliæ usus fuisse adjutore atque Magistro Barclajo in componendo Libro, cui titulus: *Funiculus triplex & cuniculus triplex.*

De *Euphormione Barclaji* Scaliger scripsit, se vix sex folia ejus legere potuisse præ fastidio. Gronovii Epist. MSCt. ad Reinesium:

Monchenbergius, Gallicus Auctor vel potius ejus interpres

pres

pres Joh. Ludov. Gothofredus *Argenidis continuata* parte 2. &c. citatur à Weitzio *Observ. in Petron.* p. 183. & alibi.

Ad imitationem Heliodori *Æthiopicæ* Argenis Barclaji composita est. vid. Balbini *Verisimilia* Cap. V. p. m. iii.

Barclaji Argenis plenissima bonæ frugis, judice Conringio de civili Prudentia cap. 14. p. 300.

Barclajus in Argenide sua satis argutus est, sed fingit sibi interdum pro ingenio & arbitrio loquendi modos, qui latinitatem ejus corrumpunt, non immerito eam ob causam vapulans à Scioppio, qui ipsi Buchananum longe præfert. Morhofius de argutiis p. 75.

Jacobus Mosantus BRIOSIVS, edidit *Epistolas* Cadomi 1670. 8. impressas, in quarum prima pag. 3. scribit: *Mediam elegiam inter styli castitatem lasciviamque, & juniorem Plinium, utpote in hoc optimum ducem sequi, si non assequi mihi propositum.* Edere voluit Panegyricum sexcentorum quinquaginta versuum, in quo comparationem instituit inter Salomonem & Ludovicum XIV. & hunc illo superiore in omnibus fecit, vid. Briossii *Epist.* ad Isaac. Vossium pag. 62. Verba soli Gellio usurpata recenset p. 224. sq. *Censorino* familiaria p. 229.

Briossii mentio honorifica elogiumque legitur in Jacobi Palmerii vita præfixa descriptioni Græcæ antiquæ p. 23. & 24.

Joh. BRUNNEMANNVS, Academia Viadrinæ in Facultate Juridica Ordinarius, nec non Electoris Brandenburgici Consiliarius, obiit An. 1672. ætat. 64.

Notabile est, quod Joh. Brunnemannus, Jctus Celebris, dum Commentarium ad Pandectas revidere atque augere vellet, perveniendo usque ad titulum Digestorum de mortuo inferendo, in morbum incidit, ex quo non convaleuit, Oldenburgerus Part. IV. Thesauri Rerumpublicarum p. 882.

Abrahamus BVCHOLCERVS, Ecclesiastes Freistadiensis, Autor Indicis Chronologici, & Isagoges, obiit An. 1584. Videatur Melch. Adami in vita ejus, Teisler. T. 2. *Eloges des hommes Savans.* Sagittar. *Introd. in Histor. Ecclesiast.* p. 122. sq.

*Dieta quædam ἀξιωματικὴ Bucholceri, ex Abrahami Scul-*

reti Narratione Apologetica de Curriculo Vitæ suæ, p. 13. & 14. excerpta, hæc addere placuit:

*Idololatria tam altæ in mundo egit radices, ut non possit extirpari. Ideo optimum est confiteri & pati. Tutissima conversandi cum hominibus etiam minime sinceris ratio est; Scire, tacere; Nosse, non odisse; Ferre, non indignari.*

*In Ecclesiis plus certaminum gignunt verba hominum quam Dei, magisque pugnatur ferè de Apolline, Petro & Paulo, quam de Christo. Retine divina, relinque humana.*

*Vis esse in mundo? contemni & temnere discæ. Pius aulicus est, ejus in aula usus aliquis bonis provehendis, malis vero non omnino impediendis (id enim fieri non potest) sed retardandis.*

*Non curo genesin meam astrologicam. Quisque est sber sua natiuitatis, fortuna & fati. Fabricamus nobis fata & natiuitates pravis nostris cupiditatibus. Hæ, hæ sunt astra quæ necessitant.*

*Pii hominis est facere quod potest, etiamsi non faciat hoc quod debebat.*

*Tres sunt eruditi Pontificii scriptores nostri Seculi (XVI) Joannes Ferus, Bened. Arias Montanus, & Andreas Masius. Horum libri manibus omnium sunt terendi.*

*Poeta nunquam turbarunt respublicas, Oratores non raro.*

*Italæ Ciceronianis sum iniquior, quia tantum loquuntur verba non res. Et rhetorica ipsorum plerumque est κολακαστικὴ. Est glossa sine textu, nux sine nucleo, nubes sine pluvia. Plumæ sunt meliores quam avis ipsa.*

*Multi Christum osculantur, pauci amant. Aliud est φιλεῖν aliud καταφιλεῖν.*

*Sunt jam ferrea & aurea secula; Aurea propter aurea scripta. Ferrea propter veritatis & virtutis fortunam ferream, quam sapienter ferre non postrema sapientia est.*

*Nimis bona temperanda sunt, velut nimis calida, ut fiant tepida.*

\* \* \* \* \*

Judicium de Hieronymo CARDANO, ejusque scriptis, ex Schedis J. Thomæii excerptum:

Cardanus patria Mediolanensis multos superiore seculo scripsit

scripsit libros. In his unam *de Vita sua*, non paucos ad Astrologiam judicariam pertinentes.

Præcipuam tamen laudem sibi peperit voluminibus duobus, quæ non semel recusa prostant, quorum uni *de rerum varietate*, alteri *de subtilitate* titulum fecit. In priore Libro sunt XVII. in posteriore XXI.

Vir fuit haud dubie prodigiôsæ eruditionis (a) quam tamen laudem inæptiis quibusdam alicubi decoxit (b); ut nihil hic dicam de ejus superbia & fastu (c).

(a) *Vir varia eruditionis* audit Drexelio Tom. II. operum p. 1293. Majoragio Orat. X. p. 197. *Philosophus Medicusque peritissimus, & nostri temporis Mathematicorum facile princeps.*

(b) *Cardanus --- nostri seculi & Philosophus & Medicus doctissimus, simul etiam sæpe omnino irrationalis, & deliro potius, quod tamen tanti viri pace dixerim, quam sapienti similis.* Franciscus Sanchez p. 193. de Divinatione per somnium, quo in libro passim Cardanum & refutat & irridet.

(c) Tetigit hoc aliquando Thomafius in Dissertat. de Plagio literario. s. 376. 377.

Laudes ejus etiam non parum hoc imminuit, quod inter magicæ vanitatis sectatores haud postremus habetur (d), cum & familiarem ipsi spiritum fuisse constet (e).

(d) *Cardanus non postremus Magorum habitus.* Bodinus de Mag. Dæmon. p. 438.

(e) Probat hoc ex ipsius Cardani Confessione Bangius Cælo Orientis p. 60. 61. conf. Reiserum de Atheismo. p. 259.

Imo sunt, qui suspicione Atheismi (f) negatæque humanarum animarum immortalitatis (g) eum verberant.

(f) Atheis eum favere contendit Mersennus, ut est apud Voetium Select. Disputat. Part. I. Disp. de Atheismo pag. 198. 199. *Eo etiam nomine (Atheismi puta) vitanda sunt plurima dogmata Hieron. Cardani, inquit Besoldus de Majestate in genere Sect. II. c. 1. n. 9. (II. Polit.) Carpentarius etiam l. ad Alcim. pag. 340. 341. Cardanum reprehendit tanquam parum Christianum.*

(g) *Cardanus --- homo de animæ immortalitate dubius, ut indicant omnes fere illius libri editi & maxime, quem conscripserat, sed non ediderat, amicis autem familiarioribus aliquando ostendebat, de anima mortalitate Liber. Delrio Disquisit. Magic p. 229.*

Quamobrem iis, qui non satis firmo sunt judicio, periculosus autor est.

Ceterum

Cæterum cum pro sentiendi, quam sibi usurpabat, libertate, à doctrina peripatetica, quæ tum temporis variis regnabat in scholis, passim recederet, concitavit in se receptorum Aristotelis dogmatum assertorem *Julium Casarem Scaligerum*, qui adversus illud opus, quod inscriptum esse de subtilitate diximus, *Exotericarum Exercitationum* librum emisit, constantem exercitationibus 365. Eximium hoc opus passim teritur manibus eruditorum. Neque negandum est, in eo multa non minus accurate, quam vere disputari.

Respondit illi Cardanus, sed paulo brevius quam ipsa res poscebat.

Nostro quoque seculo, minus Aristotelicæ Philosophiæ favens Academiæ Wittebergensis Professor, *Johannes Sperlingius*, publicatis aliquot disputationibus censorem egit subtilitatum Scaligerianarum.

Nec negaverim *Scaligerum* alicubi disputando modum excessisse, dum false nimis Cardanum passim perstringit. Affectibus etiam interdum indulgisse vel hoc argumento est, quod ubi talpam Cardanus perfectis animalibus aggregat, ibi Scaliger eam extremo loco esse jubet inter imperfecta: vicissim ubi carentem oculis inducit ille, hic oculis pariter & visu instruit (h). Atque sic simul vides, utrumque interdum sui fuisse oblitum.

(h) Vid. Jac. Thomasi Dissert. de Visu talparum. §. 19.

Nec tamen ubivis sævus hic in Scaligero affectus regnat. Est enim ubi pro Cardano etiam contra Magistrum suum Aristotelem sententiam dicit Scaliger, ut in controversia de fontium Originibus (i).

(i) Sentit Aristoteles ex æreis vaporibus fontes gigni. Dissentit Cardanus, cum quo hic & Scaliger facit, vid. Thom. Lydiat de Orig. fontium p. 83. edit. Londinens. An. 1605. cum Prælectione Astronomica.

Denique de Cardano adscribam verba Quenstedii è pag. 921. de Patriis Illustrium Virorum. *Hieronymus Cardanus magni nominis sive Mathematicus sive Medicus, vir mirifici plane & subtilis ingenii. Tot nova in suis libris adfert, ut Andreas Alciatus eum vocare soleat virum inventionum. Quin ingenium profundissimum felicissimum*

*cisimum & incomparabile ei tribuit Cæsar Scaliger, quæ magna laus est ab adversario tam gravi & acerbo.*

\* SVPERPONDIVM J. F. F.

De Cardano vid. Cornelium Tollium de infelicitate literatorum p. 42. Ghilini Theatrum hominum literat. Part. I. p. 115. Teiffier. Eloges des hommes savans Opmeer. Chronogr. p. 794.

Ex scriptis Cardani pro rarioribus habendi primum ejus Libri de subtilitate, sed editiones accurate dignoscendæ; tum ejus *Astrologia judiciaria*, in qua *Christi ibema natalitium* delineat, idque ex astris deducit, quod nos in eo ceu divinum admiramur V. Observat. Hallenf. Tom. X. Observ. 9. §. 6. 7.

Res mihi est, dicebat Pater meus, cum viro, de Cardano loquens, qui multa legit didicitque, sed qui *judicio caret*. Etiamnum Romæ est Cardanus, ubi detinetur in carcere, quod *Christi genethliacon* scripsit. Prima Scaligerana, ad quæ vide T. Fabrum, conf. hac de re Michaelem in motis ad Gaffarellum p. 337. Huetii Observat. ad Orig. p. 2.

Cardani Libros de rerum Varietate *veritè germanicè Henricus Pantaleon*, qua lingua & compendium dedit librorum ejus de subtilitate.

Hieron. Cardani & Simonis Portii non minimi faciendas *tractationes de Fato*, latere in quorundam privatorum Bibliothecis, innuit Naudæus Quæst. Jatrophilol. quæst. 5. de fato & fatali vitæ termino. p. 150.

In Tomasini Elogiis habes *Elogium Cardani* p. 55 & Catalogum scriptorum ejus, quæ inter *de Arcanis æternitatis Libri VII.* recensentur, quos egomet, inquit Tomasius, *penes amicum vidi*. Item *de Metoposcopia liber*, qui quidem *MSCt. circumfertur cum observationibus 700.*

Johannes CHRISTOVALLVS Calvæteus Estrellanus descripsit Hispanice quatuor Libris exactissime inaugurationem Philippi secundi Hispaniarum Monarchæ, apud Belgas factam anno 1549. è quibus multa est mutuatus Ludov. Guicciardinus in suo Belgio suppresso auctoris nomine. Pontus Heuterus in Catalogo auctorum rebus Austriacis præmisso.

Hieronymus CONESTAGIVS seu de Franchis Conestagi-

Bbbb

gius



gius nobilis Genuensis, adfuit vir uxoratus à secretis Alexandro Cardinali Sfortiæ, Legato Apostolico totius Ecclesiasticæ ditio- nis. Podagra licet laboraret scripsit plura tum vincita tum soluta oratione, videlicet,

Sfortii Sfortiæ Sanctæ Floræ Comitis vitam & Gesta, quod opus extat MSCt. in Bibliotheca Barberina, & apud Federicum Cardinalem Sfortiam, ejusdem stirpis nobile Germen.

Historiani *de Portugallia conjunctione cum regno Castellæ*, quæ primò Italicè excusa est Genuæ anno 1585. & latine in Hispania Illustrata. 1600.

Relationem procinctus Tunetani, Nicolao Petracchino mis- sam. Genuæ. 1601.

*Germaniæ inferioris bellorum Historiam.* Colonia 1615.

Meminit hujus viri præter Sopranum & Mich. Justinianum, collectores scriptorum Ligurum, Lipsius in Epistolis, teste Oldoi- no in Athenæo Ligustico. p. 241.

Le même Conestaggio, à qui on avoit promis dix mille écus outre une grosse pension viagere pour écrire l'histoire de la reunion de Portugal à la Couronne de Castille fut menacé de coups de bâton, desqu'on scût, qu'il cherchoit ailleurs que chez l'Ambassadeur d'Espagne à Genes des memoires pour écrire les dernieres revolutions des Paysbas. Nouvelles de la Republique de Lettres. 1685. Maj. p. 464.

Ex duabus Historiæ de Vnionè Lusitaniæ & Castellæ editio- nibus priorem longe perfectiorem & liberius scriptam posteriori arguit Boccalinus in Relationibus ex Parnasso.

Inviderunt Hispani huic ut extero gloriam egregii de Ca- stellæ & Lusitaniæ unione Libri, eamque suis popularibus vin- dicare conantur. la Mothe le Vayer Tom. I. Operum p. 231.

Cæsar CRINELLATVS, Medicus Viterbiensis, scripsit de Vîno, de Febribus, de thermis, de Musica, de Chaldæorum officiis, de Generatione, de primi & secundi Physicorum expli- catione, & de optima medendi ratione, ut patet ex Naudæi Epi- stola 57. ad eundem scripta p. 336.

Joh. Ludov. DECIVS, Weissenburgensis, Regis Polon. Sigismundi I. Secretarius, scripsit *de vetustate Polonorum*, qui li- ber

ber An. 1521. Cracoviæ editus est, fol. Idem extat cum alio de Jagellonum familia in Corpore Histor. Polonicæ Pistoriano Tom. II. ubi & ejusdem liber de Sigismundi I. Regis Pol. temporibus, ad annum usque 1517. tantum pertingens.

Nicol. DOGLIONI, membrum Collegii sanitatis Veneti, scripsit, *L'Historia Venetiana. Compendio historico, Teatro de Principi. La Venetia trionfante e sempre libera. Dell' anno e delle cose maravigliose di Venetia, L'Anfiteatro d'Europa.* v. Glorie degli Incogniti p. 257. ubi & ejusdem effigies.

Morbo afflicto singularem librum *de notis arcanis* (chiffres) composuit & Senatui Veneto obtulit, qui eum in Tabulario publico recondi fecit. Ita narrat Liber dictus pag. 258. Scrisse in quell' otio tormentoso un nobilissimo *trattato del compor ziffre* non più vedute, nè intese da alcuno; che havendo egli poscia presentato all' eccello Consiglio di dieci, fù da quei magnanimi Senatori gratiosamente accettato e posto nel publico Archivio, per servirsene à beneficio della Republica.

Joh. Bapt. DONIVS, Patricius Florentinus; vocatur *præstantissimus scriptor Musicus, quo nostro ævo nemo doctius, nemo politius de Musica scripserit*, à Marco Meibomio in Præfat. ad *Lectionem scriptorum veterum Musicae* p. 5.

Franciscus DRYANDER, qui ex Hispania oriundus fuit & cum Melanchthone versatus, uti Camerarius in ejus vita non absque elogio testatur, in *versione Novi Testamenti Hispanica* Anni 1543. 8. scribit se *Francisco Enzinas*.

Frontonis DV CÆI vitam vide in Ribadeneiræ Catalogo scriptorum Illustrium S. J. ubi & dicitur suppresso nomine collectanea scripsisse in Clementem Alexandrinum.

Paulus EBERVS. *Statum religionis & Reipublicæ Judaicæ*, qualis fuit à reversione ex exilio Babylonico, usque ad supremam urbis per Romanos devastationem, descripsit peculiari libello Paulus Eberus, Theologus Wurtembergensis, qui & translatus in Gallicum. Hornbek. in Prolegomenis pro convertendis Judæis p. 5.

Claude de L'ETOILE, Gentilhomme Parisien de l'Academie Françoisè &c. Son Pere qui étoit Audiencier à la Chancel-

Bbbb 2

lerie

lerie de Paris, avoit recueilly plusieurs memoires des affaires de son tems, desquels un de ses amis, à qui il les avoit prestez, tira le livre: *Journal de ce qui s'est passé sous Henry III.* Ses enfans n'ont jamais voulu donner le reste de ces memoires, qui peutestre sont maintenant perdus. Pelisson Histoire de l'Academie Françoise. p. 330. Beaucoup de gens le prennent pour un Recueil qui revele plusieurs secrets, & memes on pretend qu'il s'en trouve quelque impression plus ample que les autres. Sorel Bibliothecque Françoise p. 306.

Bartholomæus FACIVS, Ligur, quem Spedia nobile municipium ad portum Lunensem protulit, *Reip. Genuensis ad Alphonsum Regem Neapolitanum Orator, ejusdemque à secretis*, legum peritia & eloquentia clarus, Laurentii Vallæ æmulus, Æneæ Sylvio, Piccolomineo, reliquisque doctrina præstantibus viris æquevis pergratus, obiit circa annum 1457. ac reliquit inter alia, *Commentariorum Libros decem de rebus gestis ab Alphonso primo Neapolitanorum Rege. Lugduni 1560. Librum de Bello Veneto Clodiano. Ibid. 1565. Historiarum & Chronicorum mundi Epitomen, Venetiis. 1533. De Origine belli inter Gallos & Britannos Opus in Bibliotheca Regia Gallica est, ejusdem Opus de rebus scutis.* Laudant eum Æneas Sylvius passim in literis (ubi quædam Facii Epistolæ interspersæ) Leander Albertus in descriptione Italiæ. Possevinus in Bibl. Selecta. Jovius & Folieta in Elogiis. Salvator Ravecca in Vita. Opmeerus in Chronographia. Gaddius de Scriptoribus non Ecclesiasticis. Sopranus & Mich. Justinianus de Scriptor. Liguriæ. &c. citante Oldoino in Athenæo Ligustico. p. 91.

Latine vertit Arrianum de expeditione Alexandri Magni, vid. Sopran. de Script. Liguriæ p. 49. 50. ex Gesnero, Possevino, Folieta & aliis.

Claude FAVCHET, Parisien, Premier President de la Cour, des Monnoyes.

Citatur à Colomesio in libello, cui titulus *Rome Protestante* p. 13. ejus liber, *La Fleur de la Maison de Charle Magne.* Paris. 1601. Item, *Recueil de l'Origine de la Langue & Poesie Françoise.* Paris. 1581. 4. *Les Antiquitez & Histoires Gaulloises & Françoises.*

ses. Genev. 1611. 4. *Origines des dignitez & Magistrats &c. de France.* Paris. 1600. 8.

Joh. Bapt. FERRARII, Senensis, S. J. qui A. 1655. obiit, & *Floram seu de cultura florum Libros IV.* conscripsit, opera recenset Allatius in *Apibus* p. 151.

*Judicium de Mathia FLACIO, Illyrico, ejusque scriptis, ex Schedis J. Thomasi excerptum.*

Successum ejus elogium habes apud Carpozivium in *Isagoge ad Libros Symbolicos* p. 1160. cui *Flacius* audit *Vir doctissimus, in Antiquitate Ecclesiastica versatissimus, deque eâ optime meritus, ac Orthodoxa doctrina contra Papistas, Interimistas & Sacramentarios defensor acerrimus.*

Peritiam ejus in *Histor. Ecclesiasticâ* maxime prodit tum scriptus ab eo *Catalogus testium veritatis*, cujus prima editio prodit Basileæ An. 1556. 8. altera emendatior & auctior Argent. 1562. fol. *Germanice* illum vertit Conradus Lautenbachius, ediditque Francofurti ad Moenum Ann. 1573. Parum candide, alicubi & supine, interpolavit scriptor Calvinianus Simon *Goulartius*, qui duas Catalogi hujus, (Flacii tamen nomine in titulis dissimulato) procuravit; prima prodit Ann. 1597. ex typographia Antonii Candidi Lugdun. altera ex Officina Jac. Stoer & Jac. Chouët An. 1608. in fol. Quam parum candide autem hîc egerit *Goulartius*, ostendit *Thomasius* in *Schediasmate Historico* p. 62. n. 49. quàm supine item alicubi, idem in *Disput. de Nigello Wireckero* §. 18. & seqv.

Accuratè recensuit atque insigni auctario locupletavit *Joh. Conr. Dietericus*: cujus editio prodit Francofurti primum, omisso Dieterici nomine An. 1666. postea primo tantum quaternione recuso, & nomine Dieterici adjecto An. 1672. Etiam hîc *Goulartii* fraudes alicubi deteguntur e. g. p. 739. sub Nicolao Gallo.

Tum *Centuria Magdeburgenses*, quod vastum opus ipsi potissimum tribuitur à *Quenstedt* de patriis Illustrium Virorum p. 263. licet in eo *Joh. Wigandum*, *Matheum Judicem*, aliosque socios laboris habuerit. Ipse *Flacius* in *Erzählung der Reliquien*

Sachen (in Heldelini Leich-Predigt A a 3.) umb dieselbe Zeit habe ich angefangen umbzugehen mit der Kirchen-History, sampt D. Caspar Nidbruck, Kay. May. Rath, welcher zuvor zu Wittenberg von mir die Politica Aristotelis An. 1546. gehört hat, welches Werk endlich durch die Gnade Gottes mehr durch andere Personen, denn durch mich einen glückseligen Fortgang gewonnen hat, sonderlich aber durch D. Wigandum und Judicem. Wigando & Judici Melchior Adamus p. 474. Vit. Theol. Germ. addit *Nicolaum Gallum*, qui omnes Ecclesiæ Magdeburgensis ministri fuerint, sed dum nomina eorum, qui singularum Centuriarum dedicatoriis epistolis subscripserunt, perlustro, nusquam Gallum reperio. Præter hæc tenus autem memoratos ibi deprehendo *Basilium Fabrum*, *M. Andr. Corvinum*, & *M Thom. Holbutter*.

\* Vid. plura de Centur. Magdeburg. in Sagittarii Introd. ad Histor. Eccles. cap. 13. p. 240, sq. & Schmidii Historiâ Centur. Magdeburg. Helmst. 1700. publicata.

Tum tres aurei tractatus nostro ævo Cattopoli recusi A. 1667. 4. Unus de Synodo VI. Carthaginensi, alter de Petri Primatu, tertius de Electione Episcoporum. Ex his priores duo junctim superiore seculo prodire An. 1554. 8. sub titulo *Historia Certaminum &c.* tertius autem de Electione Episcoporum habetur & in Catalogo testium veritatis edit. Argent. 1562. ubi quære in Appendice fol. 33. Unde factum, ut hic tractatus in nostratam linguam translatus accesserit quoque versioni germanicæ Catalogi Flaciani, quam Lautenbachius procuravit. An autem hæc versio eadem sit cum illa, cui hoc seculo Joh. Angel. Werdenhagen præfationem addidit (quod disco è Beschreibung des Magdeburgischen Kramerischen Kirchen-Streits p. 635. & Consiliorum Witteberg. andern Theil, fol. 187.) dicant, quibus conferre utramque inter se editionem licuit. Cæterum libellus ipse in Kirchen-Streit vocatur Flacii Bischöfliche Wahl-Schriefft, à Wittebergensibus autem Flacii verteutschter Wahl-Tractat.

De zelo Flacii, quo doctrinam orthodoxam adversus hæreticos pariter & schismaticos propugnavit, videatur Petri Piscatoris Theol. D. & Professoris Jenensis luculentum testimonium descriptum

scriptum à *Werdenhagenio* in Appendice ad *Psychologiam* edit. Amstelod. 1632. in 24. p. 502. 503.

Mortuo *Luthero*, cum Imperator cogere subditos ad *Interreligionem* vellet, in duas partes *Ecclesiæ nostræ scissæ* sunt, unam eorum, qui religionis veræ ne apicem quidem mutari volebant; alteram eorum, qui in rebus maxime adiaphoris statuerent remitti aliquid posse. Illos ergo quidam *rigidos* Lutheranos, hos *molles* appellaverunt. *Rigidorum Lutheranorum Princeps* habitus est *Flacius*, quomodo eum appellat *Johannes Bona* Cardinalis Lib. I. Rerum Liturgicarum c. 12. p. 369. Operum. *Mollium* vicissim *Phil. Melanchthon*.

De *Flacii* errore circa naturam *peccati originalis*, quod ille substantiam hominis esse affirmavit, legantur *Carpzovius Isagog.* in *Libros Symbolicos*, & *Kromayer. Theolog. Posit. Polem.* aliique.

Dogmate suo *Flacius* veterem *Manichæorum* hæresin re-  
fricavit, nam & hi statuebant, peccatum esse hominis substantiam,  
& carnem hominis corrupti esse opus *Diaboli*. Quamobrem &  
*Conradus Schlüsselburgius* totum sui *Catalogi hæreticorum* Li-  
brum II. *Flacio* & *aflectis* ejus oppositum inscribit, *de Secta Ma-  
nichæorum recentium*. In hoc interim à *Manichæis* absunt *Fla-  
ciani* (observante *Kromayero* d. I. pag. 484.) quod *Diabolum*,  
cujus figmentum hominem post lapsum esse volunt, non faci-  
unt æternum. Confer *Bebelii* *Antiquitates Ecclesiasticas* Sec. III.  
pag. 942.

Sed *Flacii* in religionem orthodoxam merita & virtutes im-  
petrare à nobis debent, ut ejus errori ignoscamus, ac laudem  
*Viri* libris multis, in quibus & *Clavis Scriptura*, magnam cele-  
britatem consecuti, non penitus intercidere patiamur.

*Clavem* *Flacii* *Hottingerus* *Bibliothecar.* p. 170. *magnitum  
laboris tum usus Opus* vocat. *Quenstedius* de patriis illustr. viro-  
rum p. 263. ait, eam non carere sua utilitate. Sciendum interim  
in hoc etiam libro alicubi ab eo defendi errorem de peccato ori-  
ginis, vid. *Carpzov. Isagog.* p. 1160.

*Galilæus* de *GALILÆIS*, *Nobilis Florentinus*, *Mathema-  
tum Professor Patavinus*, tum *Pisæ* magni *Ætruriæ Ducis* *Ma-  
themati-*

thematicus, ætat. 84. luminibus tandem orbatus, obiit 8. Jan. An. 1642. teste Vittorio Siri T. 2. Mercurio pag. 1720. ubi plura de ipso.

Ejus systema mundi à Berneggero latio donatum. Boxhora. Epist. p. 121.

Paganinus GAUDENTIUS, Helvetius, Jct. & Theologus, in Academia Pisana Eloquentiæ Professor, defunctus An. 1649. per anagramma, Ventidius Gagapanus, ut observat *Joh. Rbodius* Augtar. suppositit. p. 29. ubi libri ejus recensentur.

Gaudentii *Obstetrix literaria* sive de componendis & evulgandis libris Dissertationes prodierunt Florentiæ 1638. 4. Accedunt *epigrammata nova*, ubi p. 157. legitur quoddam de *Pesclavio patriâ auctoris*, unde clare patet *Helvetium* eum fuisse.

Naudæus in Epist. ad Gaudentium An. 1639. scripta ait se vidisse *Gaudentii Librum Italicum de finibus regundis*; In alia epist. An. 1640. datâ, hortatur eum, ut *racemationes in Baronium susceptas urgeat*.

Liber Gaudentii *de Philosophia apud Romanos* recensetur T. VII. Observat. Hallens. Observat. IX. & XIII.

Obertus GIFANIUS, Buranus, ex Geldria, Professor primum Ethicæ & Politicæ, post etiam Juris Argentoratensis, inde Altorphinus, tum Ingolstadiensis, postquam ex Lutherano Pontificius factus, tandem Cæsaris Rudolphi II. Consiliarius Augustalis & Referendarius. obiit An. 1609. vid. de ipso Valer. Andr. Dessel. Bibliotheca Belgica p. 703.

Joh. Scaliger in epist. ad Scipionem Gentilem, inter epistolas ad Gadium scriptas p. 356. Memini me ante biennium *Gifanio* longam epistolam scripsisse, in qua non solum locos *Lucretii*, de quibus consuluerat me, explicabam, sed & multa alia adjeceram, quibus editionem Lucretianam exornaret. Quam tamen acceperat, tamen tanta fuit ejus impudentia, ut negaret ad se pervenisse. Idque semper solebat facere, ut sibi attribueret ea, quæ ab aliis didicerat, & si quis *Plagii* eum postulare vellet, haberet *ἀπολογία* paratam, se nullas literas accepisse &c. Fuit doctior quam probior, & ejus doctrinam probamus, mores execramur.

De

De Giphanii plagio & Douſæ in ipſum odio vid. Thomafii  
Differt. de Plagio literario § 445.

Paulus Thomas à GIRACO, obiit An. 1663. menſe Aprili,  
relictis contra *Coſtardum* doctiſſimis ſcriptis. Colomeſius *Galliã*  
*Orientali* p 227.

Replique de Mr. Girac à Mr. Coſtar, à Leyden 1660. 8.  
laudatur à Colomeſio in *Bibliothèque choiſie* cap. 4. De Gi-  
raci cum Coſtaro rixis vid. Richelet in notis ad les plus belles lec-  
tres p. 86.

Girard du HAILLAN *Histoire generale de France*, prodiit  
2. Tomis in fol. Paris. Anno 1627.

Reprehendit *Historiographi* hujus fabuloſas narrationes,  
& parrheſiam contra Clericos, Sorel *Bibliothèque Françoiſe* p.  
338. addit tamen: Cela n'empêche pas que ſes eſcrits ne ſoient  
plus judicieux & plus methodiques que ceux qu'on avoit veu  
auparavant. On s'inſtruit dans ſon hiſtoire de beaucoup de  
particularitez du gouvernement François, qu'il entendoit aſſez  
bien.

Pauli Æmilii narrationes & orationes in ſuam *Historiam*  
tranſtuliffè dicitur du Haillan, in libro citato Sorelli pag. 145.  
L'*Histoire de Paul Emile* a eſte traduite par Jean Renard Ange-  
vin; & le *Sieur du Haillan* a mis la pluspart de ſes narrations  
dans ſon *Histoire* avec toutes ſes harangves; mais y ayant fait  
plusieurs augmentations, cela ne paſſe point pour traduction.  
Cet auteur (Emile) ayant eſcrit juſques à Charles VII. quand on  
a imprimé ſon livre, on y a fait des additions juſques à Henry  
IV. & par ce moyen on a rendu ſon hiſtoire plus complete,

Von dem du Haillan ſchreibet der Herr von Aubigné in der  
Vorrede ſeiner *Historien* erſten Theils, daß innerhalb 50. Jahren,  
der allergelehrteſten Meinung nach, er keine als dieſe beyde, ihn  
von Haillan, und den von Thou gekannt, die des Nahmens eines  
*Historici* würdig geweſen wären; Er, du Haillan, habe die Laſt  
und die Unkoſten die Sachen von allen Seiten zu erforschen getra-  
gen, und habe ſeine Arbeit nicht ihres gleichen; Seine Sprach  
ſey gut Franzöſiſch, und alſo geſtelle, daß man einen gelehrten und  
einen

Cccc

einen



etnen Kriegsmann zugleich daraus vernehmen könne. Zeillerus Centur. 2. epist. 90.

Albertus HARDENBERGIUS scripsit vitam Wesseli, quæ hujus operibus Amstelodami Anno 1617. editis est præfixa, unde & quædam de Hardenbergio eximere licet.

Publice docuit, *Platonem, Numam, Scipionem* & alios honestiores *Ethnicos salvandis* \* *accensendos* esse. Calov. Ifagoge pag. 90.

\* Zwinglius in Libro quem ante obitum scripserat ad Regem Galliæ, & Andræus Lusitanus, etiam alios extra Ecclesiam. ut *Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem*, & alios vera fide destitutos ethnicos in cælum retulerunt Rudolphus Gualterus & personatus Christ. Massonus in Anatomia Universali: Mr. de la Mothe le Vayer a fait un Livre de la *Vertu des Payens*, où il montre clairement, que les anciens Philosophes n'ont été ny impies ny superstitieux, comme plusieurs se sont imaginé. Sorel Bibliothéque Françoisé pag. 49.

Joh. HARIUS, Goricensis Canonicus, ob instructissimam Bibliothecam, quam Carolo V. Imperatori testamento legavit, *Johannes mit den Büchern* vulgo cognominatus Hagæ in Hollandiæ pago mortuus est, ubi tum ad Sacellani munus fuerat provectus. Budæi *Savantologia* p. 45.

Obit anno 1532. Joh. Harius, Gorcomiensis, Hagæ in Batavis, qui omni vita intentus erat emendis libris, sicque Bibliothecam instructissimam reliquit Carolo V. Imperatori testamento, ut esset Curiaë Hagiensi Ornatui. Opmeeri Chronographia pag. 788.

Abrahami HEIDANI, Doctoris Theologiæ & Professoris Leidenfis, A. 1678. defuncti, Librum *de causa Dei defensa contra homines Belgice* scriptum commendat Bayle in Dictionario Critico his verbis: *Heidanus soutient dans ce Livre la cause de Dieu contre les Pelagiens & les Semipelagiens avec une telle force que personne n'a pû lui repondre.*

Desiderius HERALDUS, Jctus & Philologus Parisiensis, facto functus An. 1649. reliquit inter alia *Observationes ad Jus Atticum & Romanum*, item *Adversaria Juris* Anno 1599. Paris. 8. vulgata.

Scali-

Scaligerana secunda p. 105. Heraldus s'est rependi d'avoir fait ses Adversaria : Son Arnobe est bon. Il promet un Tertullien.

Isaac Casaubonus ultimâ editione Suetonii p. 40. Desiderius Heraldus vir probitatis eximiæ, & cui literæ meliores, cum debeant jam non parum, multa plura olim sunt debitura, si per forenses occupationes ei licuerit.

Guuy Patin Lettr. 19. An. 1649. Il est icy mort un ancien Avocat nommé Mr. Heraut, qui étoit en querelle avec Mr. de Saumaïse, qui avoit écrit contre luy Observations ad Jus Atticum & Romanum, il y a environs quatre ans. Mr. Heraut qui se trouvoit offensé de ce Livre, y faisoit une *reponse in folio*, mais la mort l'ayant surpris, je pense qu'il faudra le vendre tel qu'il est, & faire un fin où l'auteur a trouvé la sienne. Il paroïssoit âgé de 70. ans. L'est celuy qui a autrefois travaillé sur l'Arnobe & sur l'Apologetique de Tertullien. Il avoit la reputation d'un homme fort savaant tant en droit que dans les belles lettres, & écrivoit fort facilement sur telle matiere qu'il vouloit.

Georgius HICKESIUS, S. Theologiæ Doctor & Ecclesiæ Wigorniensis Decanus, edidit *Grammaticam Anglo Saxonicam & Moeso-Gothicam*: cui post viros eruditissimos, Guilielmum Somnerum, Franciscum Junium, & Thomam Mareschallum linguæ Saxonicæ cultura maxime debetur. Thomas Smith in vita Rob. Cottoni.

Hieronymi HIRNHAIM, Canonici Ordinis Præmonstratensis Ecclesiæ B. V. Pragæ in monte Sion Abbatis, *Tractatus de typho generis humani, sive de perverso scientiarum studio*. Pragæ, 1676. 4. recensetur Tom VII. Observ. Hallens Observ. IIX.

Martini HUSSON, in Senatu Parisiensi Advocati, *Libri quatuor de Advocato*. Vous y verrez d'une maniere ample tout ce qui concerne la profession d'Advocat Melanges d'Ancillon Tom. I p. 56. & p. 61.

Joh. ISAACI Levitæ Germani defensio Veritatis Hebraicæ sacrarum Scripturarum, opposita Wilhelmo Lindano, Episcopo quondam Trajectens. Coloni. 1559.

Cccc 2

Rarum

Rarum ac eximium hoc Apologeticum deprædicat Bangius Cælo orientis p. 151. & 153.

Edidit hic Isaacus Rabbi Abben Tybbon *Physicam Hebræam*, quam inscripsit וְיָדוּן הַיָּדוּן Colon. 1555.

Joh JUSTINIANI Epistolæ familiares, scholasticæ, & declamatoriæ, prodierunt Basileæ apud Oporinum A. 1554. 12.

Mich. JUSTINIANUS, Abbas, nobilis Genuensis, natus in Insula Chio An. 1612. die 10. April. edidit inter alia, *Literarum Memorabilium* Partem I. Romæ 1667. Partem II. ibid. 1670. Partem III. ibid. 1675. *Scriptorum Ligurum* Partem I à litera A. usque ad literam G. inclusive. Romæ 1667. Ejus scripta enarrat Oldoinus in Athenæo Ligustico p. 423.

*Promisit multos Tractatus* scilicet

De familiis Dynastia ornatis in Italia.

De familiis Italis Hierosolymitana cruce munitis.

De familiis nobilibus in Italia.

De Italicis Regulis sine dominatu.

Literarum Memorabilium volumina alia plura.

Scriptorum Ligurum partem alteram, &c.

Pompejus JUSTINIANUS, Francisci filius, ex matre Cyrnæa, natus in Corsica anno 1569. nobilis Genuensis, in Belgio militavit sub *Alexandro Farnesio*, & *Marchione Spinola*. In *Ostendana* obsidione ictu mosqueti sauciatus in pede, & paulo post ictu simili adeo vulneratus in dextero brachio, ut illud abscindere oportuerit, ac ferreum reponere, unde celebre *Brachiferrei* cognomentum ei calamitas fecit. Post Frisiam aliquando gubernatam in Italiam regressus à Veneta Republica Cretenfi regno moderando præficitur. Inde ad *Forojulienſe bellum Venetorum* cum *Archiduce Ferdinando* ab iisdem missus supremus castrorum Præfectus, Florianum cepit, Lucinissum, Faræ arcem, aliaque hostium loca: dumque cum exercitus principibus regionis situm circumspicit ad munimentum extruendum, hostilis mosqueti globus renes trajiciens vitam abruptit die 10. Octobr. An. 1616. Venetias translatum corpus ibique terræ mandatum fuit. Senatus equestrum ipsi statuam poni curavit cum magnifica inscriptione.

De.

*Descripsit sex Libris Bella Belgica, quibus interfuit, lingua Italica; quod opus Antwerp. anno 1609. & latine Coloniae An. 1611. sub titulo Bellum belgicum prodiit.*

Vid. de hoc Pompejo Sopranus de Script. Ligust. Justinianus Part. 2. Epist. Memorabil. Angelus Gallucius S. J. Lib. 15. de Bello Belgico. Oldoinus in Athenæo Ligustico p. 478.

Mathias KNUTSEN, Holsatus, & verbis & scriptis Atheismum professus est, ac pro auctore novæ *conscientiariorum* Sectæ se venditavit. vid. Bayle Dictionnaire Critique lit. K. ex Molleri Isagoge ad Histor. Chersonesi Cimbricae, & Micrælii Syntagmate Histor. Eccles. p. 1261. edit. secundæ 1679. conf. D. Buddei Theses Theologicas de Atheismo & superstitione p. 198.

Philippus LABBE, Bituricensis S. J. Theologiæ Moralis Professor, obiit Parisiis An. 1667.

De scriptis ejus Chronologicis vid. Sagittarii Introd. ad Histor. Eccles. p. 202. Ubi & de ejus maledicentia, ex Bosio & Thomasio.

Phil. Labbeus scriptor biliosus, qui plane Ismaelitica temeritate optimis quibusvis, nulla religionis habita ratione, insultat scriptoribus. Hottingerus in Bibliotheca quadripartita pag. 110.

Dissertationes ejus in Bellarminum de Scriptoribus Ecclesiasticis, sunt, quod non diffiteor, ager laboriose quidem cultus, sed in quo Spinæ & urticæ ita luxuriant, ut ne quidem, quod bonæ frugis esse videatur aliunde depromptum, decerpi queat. Hottinger. l. c.

Johannis LABARDÆI, Matrolarum ad Sequanam Marchionis, Regis sui ad Helvetios & Rhætos quondam *extra ordinem Legati, de rebus Gallicis Historiarum Libri* ad Ann. 1643. ad Ann. 1652. Paris. 1671. 4. cum privilegio editi, Regique ipsi inscripti, latine satis eleganterque scripti, prudentia auctoris ubique elucescente, tum & insolita pene libertate.

Labardæi mentio fit in Pufendorffii Commentar. Rerum Svecicarum Lib. 17. §. 98. ubi dicit, Svecos eum pro Legato An. 1645. agnoscere noluisse.

Petrus LAMBECIUS, Hamburgensis, J. U. Doctor, primum

in patrio Gymnasio Histor. Professor, nec non Rector, deinde ex Lutherano factus Pontificius, Consiliarius ac Historiographus Cæsareus, ut & Bibliothecæ Vindobonensis Præfectus, obiit Viennæ A. 1679. ætatis 51. Scripta ejus enumerat Wilte in Diar. Biographico Tom. I.

Lambecius fuit vir multiplicis Lectionis & felicitis memoriæ; judicio tamen atque ingenio non perinde valuit, adeoque apud eruditionis veros æstimatores, inprimis exteros, fama ejus intra mediocritatem stetit. Epist. MS. G. G. Leibnitii.

Solet Lambecius in Bibliotheca Vindobonensi græcorum Codicum MStis titulis græcis præmittere latinos suos, in quibus plerisque, si non omnibus, non præcisè Græcorum formulas sequitur.

Claude LANCELLOT, Moine de S. Cyran a composéee *la Grammaire generale & raisonnée* qui contient les fondemens de l'art de parler (ce livre est de l'invention de Monsieur Arnauld Docteur en Sorbonne) *la nouvelle Methode pour apprendre le latin: d'Excellentes Racines Grecques; les Grammaires Grecque, Espagnole & Italienne &c.* Marville Melanger T. 1. p. 132. 133 Mr. Lancelot a ramassé dans ses Methodes latine & grecque tout cequ'il y a de bon dans les Grammairiens, qui ont écrit avant lui. Entretiens sur les Sciences du P. Lamy. Entret. IV. pag. 129.

Secundus LANCELLOTTUS, Perusinus, Abbas & Sacer Orator eloquentissimus inter Monachos Olivetanus, vir sublimis ingenii & tenacis memoriæ, in omni fere disciplinarum genere versatus & instructus, obiit Parisiis Ann. 1643.

Edidit latinè Venet. 1623. 4. *Historiam Congregationis S. Mariæ Montis Oliveti.*

Italicè, *L'Oggidi*, seu, *gl'ingegni moderni non inferiori à i passati.* Viterb. 1630. *Oggidi secondo.* ibid. 1632.

*Farfalloni d'gli antichi Historici.* Venet. 1636. *Farfalloni secondi.* ibid. 1636. (In hoc libro de *erratis Historicorum veterum* agitur. Vidi editionem quæ curante authoris fratre octavio Lancellotto prodiit Venet. 1659. 8. ubi præfatio authoris compareret demum p. 293. & seqv. J. F. F.

Chi

Chi l'indovina è Savio, seu la prudenza humana falacissima. Venet. 1640. &c.

Reliquit plures tractatus MS. qui asservantur in Bibliotheca Montis Morcini apud Perusium, quorum Catalogum exhibet *Oldoinus in Athenæo Perusino* pag. 304. ubi remittit Lectorem ad Jacobillam de Scriptoribus Umbriæ; Cartharii Syllabum Advocatorum Consistorialium ad Scipionem Lancellottum. Cæsarem Alexium in Elogiis. Crispoltum in Perusia Augusta.

Petrus LASENA, Neapolitanus, obiit Romæ Anno 1636. Composuit librum de *Nepenthe Homeri, sive de lusu abolendo; Cleombrotum, sive tractatum de iis, qui in aquis pereunt.* Dall'antico Ginnasio Napoletano Opera posthuma. In Napoli. 1688. 4. In hoc Libro p. 183. promittit Auctor librum de *Phratriis*, in-  
quens, riserbomi attratar nel libro delle Fratrie. &c.

Allatius in tractatu de patria Homeri pag 259. La Sena in propylæo sui operis de Homeri Nepenthe effigiem Poetæ ex Fulvii Ursini de Imaginibus Libro delineandum curaverat; & cum Chii olim nummos cuderent, expressa in iis Homeri facie, illam circulo inclusam ad numismatis speciem figuraverat, adjectâ, ut ipse mihi sæpius retulerat, ex veteri Codice MS. olim Jani Parrhasii Viri eruditissimi hæc ad oram inscriptione: ὁ πάντα εἶπὼν καὶ πάντα νοήσας χῆρος ὄμιλος. Quam imaginem & ἐπιγραφήν Ludov. Proft, qui librum illum de Nepenthesuis typis Lugduni evulgavit, vel compendii sui causa, vel quod magis sua insignia typographica ex re sibi viderentur, suppressendas existimavit.

De Gregorii LETI, Ann. 1701. d. 9. Jun. subita morte Amstelodami extincti, vita & scriptis, vid. Morerii Dictionar. ab ejus genero, Clerico, auctum. conf. Memoires de Trevoux Nov. & Dec. d. a.

Stanislaus LUBINITZKY, nobilis Polonus, Hamburgi in exilio obiit An. 1675. Witte Diar. Biograph.

Lubinitzky, *Arianus*, edicto regni publico patria ejectus, Suecis se adjunxit tempore irruptionis, dein habuit menstros 100. Ducatos Stetini vivens. Sed mortuo Rege Carolo Gustavo, cum Arianismum incrustaret, à Theologis Pomeranis pul-  
sus

fus est. Venit deinde in Daniam, & victurus saltem Altenavito, jussu Regis contulit cum Archiepiscopo, à quo cum discederet, dixit: *Si non datur nobis terra ubi vivamus, dabitur ubi moriamur.* Cui Archiepiscopus impetu abreptus respondit: *Sunt etiam qui in aëre putrescunt.* Iste Lubinitzki est autor ple-  
rorumque scriptorum pro Neoburgico. Ejus *manuscriptam Stegmanni Metaphysicam repurgatam* habeo. Epist. MS. G. G. Leibnizii.

Petrus MATHÆUS natus est non procul à Monte Peliscardo Patre textore. In Jesuitarum disciplina fuit, deinde Lutetiam migravit. Panegyricis quibusdam ibi editis se aulae proceribus insinuavit, ac Petri Zanini, Aulae Præsidis favore *Historiographi Regii* decus promeruit. vid. Imperialis Museum Historicum p. 167.

At vero in conscribenda historia insolenti ausu longe censeatur à calcatis veterum vestigiis recessisse, præceptorum namque moralium glomeratis cum ubique luxuriet acervis, Philosophi potius quam Historici personam videtur induere; hinc suavitatem illam, quæ in narrationum varietate mananti solet orationis flumine redundare, frustra lector perquirat, ut idcirco etiam satietate rerum, intermixta concisa & erraticæ serie per-scriptarum quandoque afficiatur. In Gallia historici ejus foetus vix prolati eruditiorum judicio evulverunt &c. Una duntaxat viget opinio politicæ hominis industriæ apprime favens &c. Hac sibi viventi ad *Consilarii Status* dignitatem muniit iter, advocante Maria Medicea Henrici quarti Magni Regis uxore inclityta, stravit etiam ad idem fastigium viam præclaro *unicoque filio*, quem modo *Parlamenti consiliarium* Lutetia veneratur. In vivis tamen dum egit Henricus, quod in suas laudes Petrum intemperantius operoso volumine debacchatum existimaret, acerbius audiit, ipsiusque ceu fucati scriptoris vota constanti illiberalitate illudit. Cæterum qui rerum civilium theoremata congruis agnitisque firmavit eventis, historicæque Praxi connectit, emerito fraudandus non est elogio, eoque magis quod florenti solidioris facundiæ laude sacer Musarum cultor à quocunque cæci livoris lucæ non præpedito censeatur. Cessit fati An. 1621.  
quintum

quintum supra quinquagesimum attingens annum, Parisiisque publica funeris pompa tumulatus est. Imperialis l. c. ubi Matthæi effigies exhibetur.

Quid laudandum quidve culpandum in hoc Historiographo, quære in Sorel Bibliothecæ Françoisæ p. 314. seq. ubi addit: Cet ouvrage ne laisse pas d'être bon en son espèce; l'Histoire de France y est fort bien deduite, et sous le regne de chaque Roy il y a des sommaires d'affaires étrangères, qui sont de grande instruction.

Joh. MEVRSIVS, primum in Academia Lugduno-Batava Historiæ, item græcæ linguæ Professor, deinde Historiarum & Politicæ Professor in Academia regia Sorana, mortuus A. 1639.

Ejus scripta recenset Bartholinus in tr. de Scriptoribus Daniæ, Optandum esset hæc in unum corpus colligi, & quæ ad Græciæ antiquitates pertinent in juventutis gratiam à viro docto in compendium redigi. Clericus Arte Criticâ Part. I. p. 96.

Meursii Glossarium Marcum Antonium Petilium, Jurisconsultum Neapolitanum, illustrasse & dimidio auxisse tradit Allatius in Apibus p. 186.

Joh. MEVRSIVS, quo *græcantiores*, ut Apulejano hoc utar, non vidimus, Græciæ vindicandæ in Belgio natus. Reineus Lib. I. Variarum Lectionum p. 49.

De notis ejus in Aristoxenum vide judicium Marci Meibomii in præfat. ad Lectorem Harmonicorum Aristoxeni.

De Meursio vide Imperialis Musæum Histor. p. 204. Hankium part. 2. de Script. Rom. Bartholinum in Danis p. 76. Witte in Philosoph. p. 478.

Meursii meditationes Christianæ in Psalmum CXVI & tres prioribus partes CXIX. ex officina Commeliniana prodierunt An. 1604. 12. Sunt prolixæ singulorum versuum paraphrasæ. Dedicavit Autor Joanni ab Oldenbarnevelt, Hagæ Comitum in ædibus ejus scripta dedicatione 1604. In hac Barneveldium nimis laudibus ornat. Hæc mihi legenti simulque recordanti, quam infelix huic Barneveldio vitæ exitus contigerit (constat enim publico Ordinum decreto, tanquam læsar eum Majestatis decollatum fuisse, vide Jagerum in Histor. Ecclesiast. Seculi 17.) subiit simul



misereri fortunam dedicantium, qui futurorum casuum improvidi mirificis laudibus interdum eos evehunt, quos publica sententia ut maleficos damnat. Jure an injuria sortem hanc subiecit Barneveldius, non disputo; In eo tamen laudando nescio an non modum excefferit Meursius. (Ex Schedis J. Thomasi.)

Extat ejusdem *Theophrastus sive de illis libris, qui injuria temporis interciderunt, Liber singularis*. Accedit Theophrastearum Lectionum libellus, in quibus eorum librorum, qui supersunt, loca aliquot emendantur. Accedit autem in fine *Adolfi Vorssii Epistola de obitu V. CL. Joannis Meursii ad filium ejus Johannem*, juvenem præstantissimum. Lugd. Batav. 1640. 12.

JOH. MEVRSII, *Filii, Majestas Veneta*, sive de Serenissimæ Venetorum Reipubl. cum *in creatâ tum in Cypro titulo regio* bono jure vindicato, contra Anonymum dissertatio. L. Bat. 1640. 12. exiit.

Jacobus MONAVIVS, Uratislaviensis Patricius, Consiliarius Ligio-Bergensis, ætat. 57. obiit An. 1603.

Dedit Libros III. Carminum: Epistolam de negotio Prædestinationis ad Zachariam Ursinum. Edidit quoque Commentarios Strigelii ad Aristotelis Ethica ad Nicomachum.

Natus An. 1546. 6. Decembr. teste Bucholz. Chronol. p. 555. ubi virum vocat erga literatos verè beneficium, & apud multarum gentium homines eruditos magni & celeberrimi nominis. *Vita ejus* apud Melch. Adam Vit. Jctorum Germanorum p. 389. sq. Symbolum ejus: *Ipse faciet*.

Habuit aliquot Chiliadas prope *Epistolarum Philippi*. Quid illis factum sit, vid. Mylii Dedic. Chronologia Scriptorum Philippi Mel. p. 13.

Ejus ad Petrum Vincentium Epistola in Wesenbecii Papiiano habetur.

Ad eum extant quædam Acidalii epistolæ in Centur. Epistolarum ejus, ubi inspice p. 338. 339.

Familiarissimus fuit Cratoni à Crasheim vid. Melch. Adam, vit. Medic. Germ. p. 274.

Centuriam *Epistolarum Monavianarum* misisse Casparem Cun-

Cunradum, Medicinæ Doctorem Uratslaviâ Palthenio, testatur Epistola Ms. Gruteri ad Jungermannum.

Gabriel NAVDÆVS, Medicinæ Doctor, primum Cardialis Mazarini, deinde Christianæ Reginæ Sueciæ Bibliothecarius natus Anno 1601. 4. Non. Febr. supremum diem obiit An. 1653. d. 4. Cal. Sextil. De ejus Scriptis videatur Leo Allatius in Apibus n. 114. 115. 116. seq.

Mr. Naude ne boit naturellement que de l'eau et n'a jamais goûté vin. Patin. Lettr. 9. 1648.

Naudæi frequens ad familiares de religione vox fuit; *Intus ut lubet, foris ut moris est*, teste Diecmanno in Proœmio Dissert. de Naturalismo Bodini

Naudæus auditor *Jani Cæcilii Frey & Petri Padetii*, insignium philosophorum, fuit. Eum Henricus Memmius Præses diu detinuit. Petrus Puteanus Cardinali Joh. Francisco à Balneo commendavit, qui stipendium Archiatri ipsi dedit. Decennium in Italia cum patrono fuit; post ejus mortem Antonio Barberino Cardinali carus. Riehelius in Galliam vocat, mox obit. *Mazarinus* Bibliothecæ colligendæ destinat, quam brevi mira librorum copia implevit. Bibliothecæ Mazarinæ cura postea mandata fuit Franc. de la Poterie Securiensi Priori. Durante Cardinalis exilio in Sueciam vocatus est Naudæus, sed inde tædio aulæ, cujus simplicitatem quidam literati malis artibus corruperant, in patriam donatus à Regina rediit. In itinere febri correptus Abbatis villæ apud Morinos (in Picardia) obiit anno ætatis 53. Toto vitæ tempore *abstemius* fuit, carnes conditas mensæque lautitias oderat, nullis fructibus præterquam castaneis & avellanis nucibus vescabatur. (Excerpta hæc ex iis, quæ præmittuntur Naudæi epistolis.)

*Gabr. Naudæi, Parisini, Eminentissimorum Cardinalium Francisci à Balneo, Franc. Barbarini, Julii Mazarini, ac demum Serenissima Christina Alexandra, Regina Suecorum, Gotthorum & Vandalorum Bibliothecarii, Epistola, nunc primum in lucem prodeunt Geneva apud Joh. Herm. Widerhold 1667. 12.*

Anton. de la Poterie editor eas dedicat Monmorio. Autographum in ejusdem Bibliotheca asseruari, asserit typographus.

Id agebatur ut omnia autoris opera in unum corpus collecta ederentur, curamque susceperat pater *Ludovicus Jacobus à S. Carolo*, qui & collegit ediditque An. 1659, typis Cramoisiianis *Naudæi tumulum*, elogia, epitaphia, Catalogum Operum continentem. Ex quo decerpimus (inquit Typographus) Elogium scriptum à Petro Hallæo, Juris Antecessore Parisino, & epitaphium à P. Lud. Jacobo.

Adamus Franezelle, amanuensis Naudæi, cum ipso comitis potius quam amanuensis specie per Europam peregrinatus erat ad Mazarinianam Bibliothecam locupletandam.

Si lector has epistolas benigne susceperit, promittit typographus *volumen cæterarum epistolarum Naudæi*.

In modo memoratis epistolis Naudæi notatu digna est. *Urbis Patavina descriptio atque status* à p. 53. ad pag. 63. Pag. 590. 591. Danielis *Sennerti hypomnemata* laudantur.

De *Scriptoribus Chymicis* hæc prodit in epist. 112. ad Hieronymum Bardium p. 691. 692. Quod item ad rerum Chymicarum scriptores primipilos attinet, quorum ad te syllabum mitti postulas, scito maximi apud omnes hac tempestate fieri *Ideam Medicinæ Paracelsicæ collectam à Severino Dano*, *Crollii Basilicam chymicam*, *Hartmanni Praxin chymiatricam & annotationes in Crollium*: *Sendivogii novum lumen chymicum*, *Angeli Sala omnia, Libavii epistolas singulares*, & opera reliqua de rebus chymicis, *Ulzerum de Sale, Sulphure & Mercurio*, itemque *de Renum calculo*, & *Antidotarium pestilentielle*, *Sennertum* de consensu veteris medicinæ cum nova; *Pharmacopæam & observationes Poterii*, *Johannis Fabri Palladium Spagyricum*, *Chirurgiam Spagyricam*, & *myrothecium Spagyricum*; *Jacobi Zwingeri examen principiorum chymicorum*; *Erasti disputationes in Paracelsum*: *Theaurum Evonymi*; *Bequini tyrocinium chymicum*.

De Naudæi epistolis vide judicium Morhofii in Polyhistore. Ibidem & de *Mascurat* ou Jugement des ecrits contre Mazarin, cujus libri exemplar à Naudæo olim Conringio donatum, nunc extat in *Bibliotheca Ducali Vinaricensi*.

Hugo Grotius in epist. ad Cornel. Grotium 973. fol. 437. Mitto ad te librum Romæ editum *de studio militari* à Gabriele Naudæo, Gallo, sed medico nec unquam belli Spectatore. Itaque

que

que quod olim græcus quidam dux inspecto libro simili dicebat, ἴσως ὁ λόγος ἐ πεισεύληπται, idem hîc dici potest. Interim ostendit se multos legisse libros, & inter eos meum quoque *de Jure belli & pacis* non indiligenter. Me nusquam nominat, id enim Romæ nefas, sed designat tantum.

Naudæus scripsit *contra fraternitatem Rosæ Crucis*, vide Gassendum Tom. 3. operum fol. 263. In epistolâ quadam ad Gassendum Tom. 6. operum Gassendi fol. 399. subscribit se Gabrielem *Misocruciroseum* Parisinum.

De ejus *Apologia pro viris magiæ vitio infectis* judicat Bangius Cælo Orientis p. 117.

Salomon NEUGEBAVR in *descriptione Poloniæ* insignis est plagiarius, cujus furtum non solum ex Cromero in dissertatione mea *de perfecta Politici Scientia* notavi; sed & totus fere liber secundus ex *Job. Herburtii* Senatoris regni Polonici L. 1. c. 2, seq. *Chronici Polonici* 1571. editi, est desumptus, ne semel quidem mentione auctoris facta. *Simonis Bormeisteri Epist. MS. ad J. Thomaf. Noriberg.* 1675.

Editio Hanovienfis historiæ Polon. Neugebaueri, Francofurtensium multum prætat, & longius porrigitur in contextu historiæ Regum.

Augustinus OLDONIVS, Ligur è Spedia, Bernardi Oldoini frater natus minor, è Soc. Iesu.

Scripsit *Additiones ad vitas Romanorum Pontificum & S. R. E. Cardinalium*. Romæ impensis Philippi de Rubeis evulgatas *quatuor Tomis* in folio A. 1677.

*Necrologium Pontificum & Pseudo-Pontificum Romanorum* cum notis, Romæ 1671 impensis Ignatii de Lazaris.

*Clementes* titulo sanctitatis seu morum sanctimonia *illustres*, cum animadversionibus in 4. Perusiæ 1675. apud Laurent. Ciani in typographia episcopali.

*Athenæum Romanum*, in quo summorum Pontificum ac Pseudo-Pontificum, nec non Cardinalium & Pseudo-Cardinalium Scripta publicè exponuntur. Perusiæ 1676. in 4.

*Athenæum Augustum*, in quo *Perusinarum* Scripta publicè exponuntur. Perusiæ 1678.

*Athenæum Ligusticum* seu Syllabus Scriptorum Ligurum. Perusia 1680.

Cætera scripta ipse recenset in *Athenæo Ligustico* p. 74. ubi quoque refert *paratum se habere*, Italicum seu Itatorum authorum Catalogum. Indicem Universalem Scriptorum in quacunque materia, in *quinque Tomos* divisum, quorum primus continet, qui in Sanctorum Bibliorum volumina scripserunt. Secundus, qui de Christo & Sanctis tractarunt. Tertius de familiis nobilibus. Quartus de Regionibus, Provinciis, Civitatibus. Quintus de aliis materiis. Hagiologia, vide l. c.

Bernardus OLDOINVS, Patritius Genuensis, Augustini frater anno 1650. Italicè Venetiis evulgavit *Historiarum Orbis Epitomen*, ab anno 1635. usque ad an. 1650. Horatii Turfellini S. T. ac Ludovici Aurelii epitomen continuando. Fuit adhuc superstes An. 1678. historiarum lectioni addictissimus, teste ejusdem fratre in *Athenæo Ligustico* p. 114.

Casimirus OVDIN, Presbyter quondam Præmonstratensis, nunc Bibliothecæ Lugduno-Batavæ custos.

De ejus *Supplemento ad Bellarminum de Scriptor. Ecclesiasticis* hanc sententiam fert. *Cave in Prolegom. in suam Historiam literariam* p. 2. *Quo in opere utinam eandem cum CL. du Pin diligentiam, par judicium adhibuisset. non tot sædis erroribus se implicuisset, nec adeo magnam operis sui partem, ex Miræo, Labbeo, Vossio, aliisque (sæpe ne levissima quidem eorum, unde sua desumpserit, mentione facta,) ad verbum transcripisset; non levem aliqui candoris & diligentia non inutiliter posite laudem reportaturus.*

Notas & animadversiones in Oudinum paraverat Tenzelius, vid. *Monumenta nostra* p. 378. 379.

Jacobus PERRONIVS, S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Senonum, magnus Franciæ Eleemosynarius, mortem cum vita commutavit An. 1618. d. 5. Sept. Corpus jacet in metropolitana Ecclesia Senonensi.

Ces mots du Cardinal du Perron, intitulez *Perroniana* (Rothomagi 1669. publicata) ont été recueillis par Christophle du Puy, Procureur de la Chartreuse de Rome, lequel étoit en

ce temps là Aumosnier du Roi, et adomestiqué chez le Cardinal du Perron. V. Menage Anti-Baillet Tom. I. p. 288.

Opera Jacobi Davidis Perronii Cardinalis sunt partim gallico, partim latino sermone scripta;

Opus nempe *de ratione intelligenda Scriptura. De Ecclesia aliud. De Eucharistia. De vocatione seu missione Ministrorum Calvinistarum.*

Acta Disputationis suæ cum Philippo Mornæo apud Fontem bellaqueum initæ. Confutatio aculeati opusculi Danielis Tileni Calvinistæ in traditiones Apostolicas. Prolusio Certaminis adversus administròs Heroinæ Lotharingicæ. Orationes Parentales in funere Reginæ Scotiæ & Petri Ronfardi. Paraphrasis in Psalmum: Ad te levavi. Epistolæ multæ & dissertationes.

Opus Doctissimum ad Jacobum Regem magnæ Britanniæ de controversiis Religionis, & Replica.

Volumen unum de locis D. Augustini difficilioribus explicatis. Poemata quædam limato sermone conscripta.

Legationum suarum enarrationes.

Virtutum moralium cum Theologicis colluctatio.

Oratio luculentissima & doctissima multarum horarum de Re ecclesiastica, quam in Comitiiis regiis Lutetiæ congregatis habuit anno salutis 1614.

De eo videantur Petrus Frizonius in Gallia purpurata. Sammarthani in Gallia Christiana. Sanderus in Elogiis. Henricus Albi S. J. Ludov. Jacob. à S. Carolo in Biblioth. Pontif. Auctor nomenclatoris Cardinalium. Thuanus. Spondanus in Annal. Eccles. Auctar. Ciacconii, quos citat Oldoinus in Athenæo Romano p. 355. seq.

Ce que G. Patin a dit dans ses lettres du Cardinal du Perron est une horrible calomnie, qui a nul fondement. Ce grand homme étoit aussi sage et aussi vertueux qu'il étoit Savana. Vigneul-Marville Melanges T. I. p. 26.

Perronius egregie versatus in Theologia veterum Patrum Grecorum & Latinorum fuit; qu'il avoit tout lûs avec beaucoup d'application et de soin, comme ses livres de controverse en font foi, entr'autres ceux du Sacrement de l'Eucharistie, qu'on regarde

garde aujourd'hui comme les plus doctes que nous aions en ce genre. Feu Mr. Pelisson disoit: Je conseille toujours la lecture du Cardinal du Perron à ceux qui veulent savoir au vrai ce que c'est que nos controverses. Matrille. l. c. p. 62.

Dionysius PETAVIUS, Soc. Jesu Sacrarum literarum Professor Parisiensis, è vita emigravit A. 1652. ætat. 69.

Sinistre de ipso judicat Sarravius in Epistolis p. 46. seq. & p. 310. Disputacitatem in eo damnat Patinus Epist. 2. eumque molestum, maledicum & mordacem hominem vocat, qui nunquam scripserit nisi alios refutaturus, observante Morhofio in Polyhistore cap. XV. Alibi tamen Patinus, in epistola nimirum 42. A. 1652. scriptâ, honorifice de eodem loquitur: *Le 12. du Mois Decembr. mourut ici le Pere Petau, le plus savant de la société. Ilavoit dans la tête divers desseins de Livres qu'il avoit même commencés. On m'a dit qu'il avoit laissé tous ses papiers et ses desseins à un de ses disciples, nommé le Pere Coffard, qui aura sous de continuer le grand travail de son maître, de la Theologie des Peres, dont il y a déjà cinq Volumes imprimés. C'est le plus savant Jesuite d'aujourd'hui.*

*Vitam Petavii* delineavit Perrault dans ses Hommes Illustres, ubi ait admiratione dignum esse, quod ille tot volumina, nullo unquam adjutore & scriba usus, sua manu conscripserit. vid. quoque Colomesius in Gallia orientali, de Petavio p. 217. seq. le Moyne in Prolegom. ad Varia Sacra.

*Vir diligentia exactissima & judicii solidissimi in Chronologicis* audit Montacutio p. 117. Apparatus idem alibi *accuratissimum* vocat, & p. 169. *doctissimum & scientissimum antiquitatis.*

D. Petavius, qui & ipse à Crojo tractatur, indigne negat se responsurum, ideo quod ex Actis Synodorum partis Calvinii didicerit, eis contra quos scribitur augeri annua. Hugo Grotius in epist. ad Fratrem fol. 745. & in epist. ad Isaacum Vossium fol. 746.

Petavius obiit A. 1652. ineunte ætatis anno Septuagesimo. De vita ejus & scriptis peculiaris Catalogus Parisiis apud Craemeros in quarto editus fuit. Leo quoque Allatius Melissololy-

ram

ram, sive poema græcum de ejusdem laudibus Romæ 1653. vulgavit, teste Lambecio Tom. 6. Bibliothecæ Vindob. p. 263.

Paul PETAV Conseiller au parlement de Paris à la fin de son petit Traité de *Indictione*, imprimé l' an 1604. citatur à Colomesio in *Rome Protestante* p. 14.

Antonius QUÆRENGUS, Patavinus, utriusque signaturæ pontificiæ Referendarius, Pauli V. Gregorii XV. & Urbani VIII. Prælati Domesticus, obiit Anno 1633. ætatis 87. vid. vitam ejus & effigiem in Tomasini *Vitis Illustrium Virorum* p. 134. & Catalogum operum ejusdem p. 147. seq. confer Allatium in *Apibus*, de scriptis Quærengi, p. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.

Anton. QUÆRENGUS, Canonicus Patavinus, à Ranutio Parmæ Duce evocatus est ad historiam scribendam, quæ res ab Alexandro ejus patre, clarissimo Imperatore in Gallia & Belgio fortiter gestas, pro dignitate complecteretur. Ejus ego specimen historię, ac veluti universæ narrationis typum, visum & laudatum magnis Viris, perlegi summa cum voluptate, gratulatusque sum seculo nostro, extare quod & in hoc genere conferre cum optimis antiquorum possimus. Gualdus in *vita Pinelli* p. 36.

Christianus RAVIUS, in diversis Academiis, & tandem in Viadrina linguarum Orientalium Professor, mortuus A. 1677.

Ravius Libros quos memorabat non habuit. Nemini certe vel unum monstravit Upsaliæ, ut ajunt, à studiosis contumelia affectus; & quamvis magistratus misisset qui vindicarent, tamen se juvenus militibus opposuit, ut re infecta redire cogerentur. Noluit itaque redire Upsaliam. *Epist. MS.*

Anton. RICCOBONUS, Rhodiginus, humaniorum literarum & Rhetorices Professor Patavinus, anno 1600. defunctus, condidit *Historiam de Gymnasio Patavino*, *Commentarium de Historia*, *Versionem Ethices & Rhetorices Aristotelis* &c.

Riccobonus, Vir, ut amici ejus credunt eruditissimus, ut scripta ejus testantur, minorum gentium magistellus; rusticus, abnormis, pingui crassaque Minerva &c. Is jactabat se insidiosos Scaligeros ex manipulo expuncturum: Atque adeo se jam in mente habere *librum de Burdonia stirpe* edere. Sed interea mors hominem occupat. *Confutatio Fabulæ Burdonianæ* p. 189

Ecc 5

Diplo-



Diploma, quo in civium Patavinorum numerum receptus est Riccobonus, habes apud Middendorpium IV. de Academ. p. 58.

Joannes Joachimus à RUSDORFF, Eques Frisius, Friderici V. Electoris Palatini sive Regis Bohemiæ, fideissimus ac ultimus fere affecla, Legatus ad Reges & Principes, extinctus Hagæ Comitum A. 1640. d. 27. Aug.

Scrisit *deductionem Caroli Ludovici ad Casarem de jure successionis in Palatinatu*. Item *Vindicias Cause Palatine*. Bavaro- rum patronus Adlzreitarus de Rusdorffio opposuit contrario scri- pto. vid. G. C. Joannis Præfat. ad Parei Hitor. palat. p. 64. 65.

Edidit quoque sub Anastasio à Valle Quietis & Constantii à Monte Laboris fictis nominibus *Facis historica compendium ex operibus Lipsii*, impressum Argentorati 1629. 16.

Sunt qui putent, eum ficto sub nomine Hippolyti à Lapide, conscripsisse *Dissertationem de Ratione Status in Imperio Germanico*, eique Adlerum Salvium non pauca suppeditasse, sed ante- quam imprimeretur hic liber, singulas paginas Oxenstirnam se- nariorem, Cancellarium Suecicum, percensuisse.

In Monumentis Pietatis à Miegio editis extant *Epistola Po- litica Rusdorffii ad Ludov. Camerarium scriptæ*.

Josephus Antonius Gonfalus de SALAS, Eques purpura- tus Militiæ Calatravæ, obiit A. 1651. ætat. 63.

Scrisit Commentarium in Petronium Arbitrum; Ibi pro- mittit p. 117. 118. 377. Diatribam *de antiquorum calculis*. Pag. 190. Librum singularem *de Neronis Operibus*. Pag. 174. Con- lectanea *de pallore amantium & poetarum*.

Vulgavit quoque *Dissertationem paradoxicam de duplici vi- ventium terra*, Lugd. Batav. 1650. in 4. apud Elsevir. in cujus p. 85. citat Librum suum *de divinatione*.

Hujus dissertationis meminit Reiserus de Atheismo p. 284. An inter periculosas novitates, & de ipsa novitate suspectas S. Scripturæ interpretationes referri debet paradoxica nobilis Hi- spani Gonzales de duplici viventium ante & post diluvium terræ dissertatio, aliis dijudicandum relinquo. Audio quidem *Schot- sanum*, Professorem Franequeranum, censuræ eam subjecisse, sed eam hætenus legere non licuit.

Joh.

Joh. SAMOSCIUS, magnus Regni Polonici, & Dux militaris, obiit A. 1605. ætat. 63.

Johannes Samoscus, magnus Regni Polonici Cancellarius & exercituum præfectus, vir armis juxta ac literis clarus. Is inter cetera pereruditum *de habendo Senatu* Commentarium posteris reliquit, & Manutios, Sigonios Muretosque Cracoviam liberaliter pertrahere conatus, novam postea Samosciana in urbe Academiam excitavit. Aubertus Miræus in dedicat. vitæ Lipsii ad Joh. Andr. Prochnicum.

Johannes SELDENUS, Anglus, Feclialis, Jctus & Antiquarius, è vita discessit A. 1654. natus Anno 1584. Ejus effigies præfixa Annalibus Eutychie Plura vide in Spizelii Infelicæ Literato, Commonefactione 30. p. 908.

In Syntagmate II. de Diis Syris cap. 16. scripsisse se ait *Historiam decimarum* Anglico idiomate.

In libro de Synedriis infringere conatus est *vim potestatis clavium*. Atque hoc nomine degenerem Ecclesiæ Anglicanæ filium eum vocat Josua Arndius de frequenti communione p. 127.

Selden étoit un tres savant homme; mais son application inflexible aux travaux du cabinet le rendant triste et herissé, on ne savoit par quel côté le prendre. On sent encore presentement quelque peine en lisant ses livres, quoique tres. doctes, à cause de l'impression qu'ils retiennent de son humeur seche et melancholique. Marville Melanges T. I. p. 398

Maturini SIMONII, Jcti, de *litteris pereuntibus* libellum appressum vidi Francisci Sanchez libro, *Quod nihil sciur*, Francof. 1618. 8. Paginas habet in universum 26. Non licuit cognoscere tempus Scriptionis. Inscriptus erat Bellisario Bulgarino Patritio Senensi.

Enumerat septem causas pereuntium litterarum. Quarum 1) Ignavia juventutis p. 149. 2) Bellorum diuturna calamitas p. 158. 3) Litteratorum acerbissima inter ipsos contentio p. 161, (Huc pertinet Bœcleri Dissertatio de Fatis Literariis.) 4) Nimia copia litterarum, litteratorumque p. 170. 5) Quod justas Deus pœnas repetat ab iis, qui scientias salutares in hominum perniciem convertunt. 6) Perversa vulgi de litteratis opinio

Ecc e 2

p. 177.

p. 177. 7) Quod ut cæterarum rerum, sic litterarum sua quoque vicissitudo p. 184.

Fridericus SYLBURGIUS, Hassus, Commelini ædes Heidelbergæ inhabitavit, ibique anno 1596. die 16. Febr. peste obiit, & *Commelinus* eodem malo Anno 1597. d. 27. Novembr. periit. Sylburgius non solum *Henricum Stephanum* in græcæ linguæ thesauro adornando multum juvit, verum etiam editione Justini, Clementis, Pausaniæ, Dionysii Halicarnassæi, aliorum, monstravit, qua curâ Scriptores græci ad MS. conferendi. Abrah. Scultetus in Narrat. historica de curriculo vitæ suæ p. 34.

Nicolaus TAURELLUS, Montbelgardensis, Medicus & Philosophus acutissimus, Academia Noricæ per XX annos Professor obiit A. 1606. lue pestifera. vide vitam Cunr. Rittershusii à Georg. filio scriptam p. 15.

Theologi Heidelbergenses A. 1610. in Epist. ad Fratres Belgas de causa Conr. Vorstii, Nic. Taurellum propter absurdas & periculosas opiniones ac novitates philosophicas, vocabant Atheum Voetius Part. I. Sel. Disp. (de Atheismo) p. 123. conf. ibid. p. 129. & p. 200. Sed excusandus vid. Webers Beurtheilung der Atheisterei p. 95.

Refutavit ex instituto Sententiam de æternitate mundi, ceu Aristotelicam, in libro *de æternitate rerum* Marpurgi anno 1604. edito. vid. Buddei Theses Theologicas de Atheismo & Superstitione p. 238.

Hic Basileæ olim cum Medicinæ Doctor renunciaretur, in elegia Poetæ cujuscumque ad commendandam ingenii inhumili corpore magnitudinem honoris causa scriptum in se fuisse non semel mihi narravit.

*Corpore Taurellus, Taurus es ingenio.*

Casp. Scioppius in Scaligero Hypobolimæo p. 196.

Jacobi Philippi THOMASINI Elogium, effigies, & Catalogus Scriptorum extat in Glorie degli Incogniti p. 189. conf. de ipso & ejus libris Ughellus Tom. 5. Italia Sacra p. 231. seq. in Episcopis Amonensibus.

Guilhel-

Guilielmus du VAIR, Episcopus Lexoviensis, Galliarum Cancellarius, varia opera composuit, quæ junctim edita. obiit A. 1621.

Gassendus in Epist. Tom. VI. Operum epist. ad Valesium Principem fol. 313. Eximium prorsus est illud *Vairii* quod innuit de *Constantia*. Opus: (*de la Constance et de la consolation dans les miseres publiques*) nescio vero an observaris fuisse magnam Virum conatum conscribere illud imitatione Lipsii, uti & conscripsit etiam aliud de *Philosophia Stoicorum*.

Il se lit l' Article du Testament de Guillaume du Vair au Septieme Tome du Mercure François p. 654. touchant la Reformation de l' Eglise Romaine conf. Colomesium in Roma Protestante p. 63.

Dans le recueil des ouvrages de Guillaume du Vair, Gardé des Sceaux de France, on lit une infinité de Harangues sur toutes Sortes de Sujets dont la variété marque une abondance, et une facilité de genie tres singulieres Perrault Hommes illustres p. 97.

Grammondus eam hoc præconio prosequitur: *Oratorum sui temporis Princeps, qui locutionem gallicam aut restituit decori suo, aut decorem primus in eam invexit.* Perrault l. c.

Franc. de la Mothe le VAYER, Parisinus, Consiliarius Status Regii Ordinarius, & Informator Ducis Aurelianensis, rebus humanis exemptus A. 1664. ætat, 78.

Opera ejus extant Tomis III. in fol. 1654. & postea XV. Voluminibus in 12 A. 1669. edita. Quæ posteriori hac editione continentur, recenset Christ. Thomafius in Dialogis A. 1639. p. 670. 671. seq. ubi innuit, hunc auctorem Scepticorum dogmata, si doctrinam de Deo & religione excipias, egregie defendisse.

G. Patin Lettr. XV. 1649. Monsieur de la Mothe le Vayer a été depuis peu apellé à la Cour, et y a été installé Precepteur de Monsieur le Due d' Anjou frere du Roy. Il est âgé d' environ 60. Ans, de mediocre taille, autant Stoique qu' homme du monde, homme qui veut être loué et ne loué jamais personne, fantasque et capricieux, et soupçonné d'un vice d'esprit, dont étoient atteints Diagoras et Protagoras.

Il aimoit extremement les relations des pays estrangers. Monsieur Bernier luy ayant rendu visite dans sa derniere maladie, il luy demanda des nouvelles du grand Mogol, & peu de temps après il rendit l'esprit. Chevræana p. 100.

Le Traité de Mr. de la Mothe le Vayer, de la Vertu des payens a esté presque Copié du Livre de *Franciscus Collius de animabus paganorum*. Chevræana p. 179.

La Mothe le Vaier, qui nous a laissé de si savans ouvrages, étoit âgé lorsqu'il se maria en secondes noces. Dictionnaire de Richelet v. *Agé*.

Paulus WEIDNERUS, Philosophiæ ac Medicinæ Doctor ex *Judaismo* ad Christi fidem conversus, *Loca præcipua fidei Christianæ* collegit & explicavit, quæ Viennæ Anno 1559. in 4. prodierunt.

Georgius WICELIUS, (quem *Mustelam* vocat Fabricius Origin. Saxon. p. 874. ubi de eo plura) scripsit confutationem responsionis Justi Jonæ Colon. 1549. 8. ubi de se quædam p. 20. 34. sq. E pag. 64. patet, quod sub nomine *Agricola Phagi* aliquod scriptum ediderit. De se etiam quædam in epistola nuncupatoria Homiliarum suarum edit. Lipsi 1538. 4. narrat.

Ad Romanensium castra transit A. 1531. vid. de eo Callidius Catal. Illustr. Germ. p. 34. ubi & *Catalogum* habes *Operum ejus* p. 35. conferendum cum Boissard. Icon Part. IV p. 31.

De ejus vita ac doctrina legendus omnino Browerus *Anal. Fuldens.* Libro præcipue II. & III. & Hermannus Conringius in Præfatione in ejus *Viam regiam* à se editam.

ZACUTUS Lusitanus, fuit *Judaus* Olyssipponensis, in exilium rejectus è patria. Vixit inter Belgas ab Ann. 1624. vel circiter, maxime Amstelodami & Hagæ Comitum; obiit mense Februario anno 1647. octogenarius. Scripsit *Libros XI. de Historia Medicorum Principum*, quibus historias curationum, quas in Hippocrate, Galeno, Oribasio, Aetio, Paulo, Tralliano & aliis, Arabibus etiam legimus, proponit, & super iis varias quæstiones resolvendo, dubiis respondendo copiose disserit, veteris medicinæ peritissimus tenacissimusque. Hi libri quos in septem Codicibus habeo venduntur 10. Joachimicis, excusi Amstelodami ab ann.

ann. 1634. Item *Libros tres praxeos medica admiranda*, excusos Lugduni apud Gallos Ann. 1637. Reinesius in Epist. ad Nesteros pag. 56.

Ulricus Viglius ZWICHEMUS, Frisius, anno 1531. à Petro Bembo, cui ab Erasmo Roterodamo erat commendatus, exemplar *Institutionum Imperialium græcum Theophili* ex Marciana Bibliotheca sibi commodatum, liberaliter in studiosorum gratiam Joh. Frobenii typis excudi curavit. Fuerat vero hoc exemplar Venetiis à Bessarione Cardinale relictum legati nomine. Opmeerus p. 789. Chronogr. Patavii profitebatur jus civile. Ibid. pag. 795.

Viglius Vir absolutâ non modo Jurisprudentia, sed & omnium adeo disciplinarum eruditione. Fichardus in Vitis Jctorum recentium p. 226.

Viglius Zwichemus, præstantissimus Jctus, Pallade signavit. Muretus in Catilinar. Ciceronis p. 523.

Ipsos Basilicôn libros primus, ni fallor, Viglius Zwichemus, potentissimi Regis Philippi in Belgicâ aliquando Quæstor (vulgo Secreti Consilii Præsidentem vocant) idemque olim hujus Academiæ (Ingolstadi.) Antecessor clarissimus, à Venetis in Germaniam attulit, sed quinque duntaxat libros. Hubertus Giphanius Orat. de Imperat. Justin. f. 1.

De Zwichemo conferatur Index in Famiani Stradæ decades de Bello Belgico, v. Ulricus.

Epitaphium ejus apud Swertium in Epitaph. Jocoferiis p. 176. sed ab homine maledico confectum, tale est.

*Viglius hîc recubat, decorat quem Gamma Pelasgon.  
Quo dempto, invenies Vilius esse nihil.*

## LV.

D. *Vilhelmi Leyseri, Jcti VVittebergensis, Epistola ad Abasv. Fritschium Ann. 1677. d. 18. Januar. scripta, de defectu quodam Processus Inquisitorii Saxonici. &c.*

**S**Tatum Germaniæ nostræ miserum boni omnes tecum deplorant, ac periculum imminere gravissimum metuunt itidem. Neque clementiora fata nobis promittunt peccata nostra, ut recte sentis, dum pietas passim exulat, charitas friget, fastus & luxur omnia implent, ac tenuiorum oppressio pro jure habetur. Quis antiquis nunc vivit moribus? Quis quærit quæ Dei, quis quæ proximi sunt? Annon prima vivendi regula proprium hodie commodum est. Sæpe in eam adducor sententiam, ut mores Germaniæ corruptos non magis emendari amplius posse credam, quam ollam illam adustam apud Prophetam, adeoque aut *παραδεδυλα*, aut status publici conversione & subjugatione gentis nostræ ad id opus esse. Deus meliora! cui solenne Rempublicam & Ecclesiam inter ancipitia servare. &c.

*Processum Inquisitorium*, uti in Saxonia nostra exercetur, ea parte defectum pati arbitror, quod nec sit qui ad Rei defensionem quicquam reponat, nec qui eum ex officio defendat. Illud incommodum est, quod multa Judici sententiam concipienti in facto, quandoque etiam jure obtruduntur, quæ forte aliter habent. Hoc vero tenuioris fortunæ reos premit, & quamvis Collegia Juridica sæpe uni alterive defectui per Interlocutorias occurrere, & veritatem negotii exquirere soleant, non dubito tamen eam & certius & facilius in illis locis inveniri, quibus in more positum Reo cuicumque defensorem constituere, huicque vicissim opponere Fiscalem. Viam illam ad definitivam longiorem esse non nego, certiore tamen defendendæ innocentæ & malitiæ opprimendæ plane statuo. Videmus enim Processu, sicuti in Saxonia nostra moris est, instituto opulentiores reos ut plurimum elabi, succumbere vero tenuiores.

LVI.

## LVI.

*Excerptum ex Epistola Davidis Lichtenhahnii ad  
Abasv. Fritschium, de impietate & religionis ne-  
glectu Medicis familiari.*

**N**on apud nos solum hodie *religio Medici* in proverbium quasi abiit, sed & Belgæ è tribus Medicis duos esse Atheos dicere solent. Testatur id etiam libellus nobilissimus, cujus Autor in Anglia Londini adhuc dum vivit, quod impietatis tamen crimen refutatum ivit Carolus *Drelincourtius*, Anatomicorum hodie princeps & Lugduni in Batavis Professor eximius in *Oratione sua doctorali* Montispelessuli habita, qua Medicos jugi Dei operum consideratione atque contemplatione permotos ceteris hominibus religioni adstrictiores esse demonstratur; quæ Oratio opusculo ejusdem, *Stadium Monspeliensis Apollinis* dicto annexa est, impressa Lugd. Bat. 1680. 12.

## LVII.

*Excerpta ex Epistolis D. P. J. Speneri ad Abasv. Fritschium manu scriptis, de tentata ab Episcopo Thinenfi & Jesuitis Argentinensibus concordia inter Protestantos & Romanam religionem addictos, Anno 1683. 1684. 1686.*

**C**onsilium de reunienda Papæ & nostra Ecclesia vereor ne grave nobis creet periculum. Sane vix de eo in deliberationem cum adversariis descendimus, ut non causam aliquo oneremus præjudicio. *Episcopo Thinenfi*; qui causæ ex Pontificia parte actor est, nuper locutus sum, & quam nihil consiliis illis tribuere valeam libere exposui. Persuadere nos volunt, ut declarationi à Romanis edendæ circa ea, quæ nos idolatriæ vel injuriæ merito Christi & divinæ gloriæ illatæ hætenus postulavimus, concessionem communionis sub una & ejusmodi conditionibus acquiescentes, Romanæ hierarchiæ atque

Ffff

commu-



communioni denuo nos jungamus & submittamus, reliquis controversiis ad *Concilium liberum universale*, quale majores postulassent, & cujus Decretis nos in antecessum subjicere opus esset, remisissis. De hujus libertate atque modo nobis satis favorabili aurei promittuntur montes. Sed nempe gnari sunt, semel statione sua motos difficillime ad eam redire, nec semper poenitentiae esse locum cum in retia nos compingi patiamur. Quicquid enim Concilium decernat, sacrosanctum habendum, & se-ra querela eorum de modo erit, qui adversus hunc, cum jam coierit, aliquid excipere audebunt. Unde orandus Deus fuerit, ut istas novas machinationes adversariorum non minus periculosas, quam aperta vis foret, sua virtute & sapientia dissolvat. Francof. Ann. 1683.

*Idem ad Eundem. 1684. M. April.*

Quod *Thinensem* attinet *Episcopum* credo spem eum despondisse, ex quo salutari admodum instituto *Electo Saxoniae* alios Evangelicos principes monuit, ne in causa communi quidam separatim agerent, vel Theologis suis simile quid permitterent, sed potius ut communibus suffragiis, quod ad omnes spectat, decerneretur. Hoc responsum aegris auribus hinc inde excepit, objecitque, secundum nostra principia Ecclesias à se invicem nec ab *Electore Saxonico* dependere, sed repositum est, non dependentiam statui, sed ob membrorum compagem communicatis consiliis rem omnem egere. Deo sit gratia, qui periculum, quod mihi sane gravissimum visum est, gratiose discussit, idem porro coetum pusillum servet.

*Idem ad Eundem 1686. M. Septembr.*

Reunionis consilia ante biennium à *Thinensi Episcopo* tractata, nunc apud *Argentoratenses* rediviva. Ista enim in civitate Augustanam Confessionem & Tridentinum Concilium conciliare, hoc est, ἀσύνκλωστα συνκλώσειν conantur *Jesuita*, nimirum ut in nassam simplices Lutheranos pertrahant, ex qua tam facile rursus emergere non licet. Vidi articulos reunionis impresos, sed miratus sum, quod in illis videri velint nobis, quam  
hactenus


hactenus creditum est, propinquiores, cum tamen ne unus quidem articulus pridem inter nos controversus in re ipsa dici possit mitigatus. Imo etiam doctrina *de Justificatione* à nobis recipi non potest, qualis hinc traditur. Communicationem & imputationem meritorum Christi in justificatione, quicquid saniorum Pontificiorum (unde Brevium meum excipere oportet, apud quem parum sani superest) hactenus fuit, agnovit, ut de ea non adeo disputandum fuerit, verum de hoc potissimum; *Fiatne illa Justificatio sola hac imputatione & remissione, vel simul sanctificatione, qua opera includit.* Unde hosce articulos recipere, id vero esset Romanæ servituti & Babylonii se denuo mancipare. Ut jam taceam, Romæ ne quidem verbales mitigationes has, vel quicquam regionum circa religionis negotium conatum probari. Unde nuper *Brevium* meus, Pontifici devotum caput, erga nonneminem jactare ausus, brevi tempore Argentinenses Catholicos, nisi resipiscant, Schismaticos declarandos.

*Idem ad Eundem, d. A.*

Cum Papæis *pacem* iniri posse *Ecclesiasticam* nunquam vel D. Meiero, vel cuicumque alii concedere possum, dum Papæi manent, hoc est, Pontificis potestatem (etiam non parum limitatam, prout Galli faciunt) in Ecclesiam & Concilium Tridentinum agnoscunt, quod tamen nec abdicare queunt, ut non pariter totum suum ædificium eadem opera evertant. Unde *ego nunquam expectaverim Babylonis nobiscum unionem*, sed ubi mensuram peccatorum impleverit, & judicia divina adversus nos executi fuerit, totale excidium. Ex hac causa *omnia consilia Irenica*, quæ Romæ adulantur, *nobis summe periculosa* judico. DEVM piè invocemus, qui, si nos meruimus, uti meruimus, omnino excindi, suæ tamen veritatis causam tueatur, & gloriose eam tandem vincere jubeat; Interim nos ad ea sustinenda paret, quibus nostram patientiam exercere decrevit.

## LVIII.

Extract aus des seel. Herrn von Leibniz an einem Fürstlichen Hofe vormahls überreichten schriftlichen Vorstellung / daß man nicht nur grosse Bibliotheken besitze / sondern auch dieselben zur Zierde des Landes / und nützlichem Gebrauch der Studirenden vermehren / und im guten Stande erhalten müsse; Nebst einem Vorschlag, wo die Mittel zur Vermehrung herzuahmen.

 Eine wohlversehene Bibliothec ist für ein rechtes Magazin dienlicher Nachrichten, und gleichsam für ein gedrucktes Archiv zu halten, darinnen sich von denen Rechten und Angelegenheiten hoher Potentaten, wie auch von den menschlichen Begebenheiten, sonderlich aber von denen zum Staat / Regierung Oeconomie, und dergleichen gehörigen Dingen weit mehr Gutes findet, als die Archiva und andere publique Scripturen eines Hofes oder Landes an Hand geben können.

Insonderheit aber erscheinet derselben Nutzen bey Administration der Ieben Justiz, bey Behauptung Göttlicher Wahrheit und guter Policen gegen allerhand Irrthümer und Barbarisches Wesen; Zu welchem Endzweck auch Kirchen und Schulen gerichtet, denen eine vollständige Bibliothec, als eines der größten Instrumenten, und so zu sagen, als ein Zerrath stummer, doch allgemelner pansophischer Lehrer, fürnehmlich die Hände bletet.

Kan man also mit Bestande sagen, daß wofern Kirchen und Schulen, Archiva und Scripturen, wie ja unstreitig, unter die Haupt-Objecta der Landes- und Regierungs-Sorgen oder Deliberationen gehören, eine Bibliothec nicht weniger dazu zu ziehen sey.

Eine Bibliothec aber, wie schön sie auch ist, gehöret unter die Dinge, quæ servando tantum, servari non possunt, oder die nicht im guten Stande zu erhalten, wenn man sie nicht vermehret. Wellen täglich allerhand vortrefliche Werke in Theologia & Jurisprudencia, Physicis, Mathematicis & curiosis, theils aus al-

ten

ten Manuscriptis herfürgebracht werden, theils aus Untersuchung der Natur und Erfahrung der Welt. Sachen, theils aus Nachdencken scharffsinniger Personen herfließen; Man auch mit Grunde sagen kan, daß wir Menschen uns fast erst *in primis viis* befinden; und in diesem (XVII.) Seculo kaum eine rechte Doffnung zur Erkänntuß der Natur, und des Systematis tam Macrocosmi quam Microcosmi sich hervorgethan; Zudem nur vor wenig Zeit die Historien gründlich zu untersuchen angefangen werden: So ist derowegen leichtlich zu erachten, daß eine vornehme Bibliothec gar bald in eine grosse Unvollkommenheit verfallen kan, wenn eine proportionirliche continuation ermangelt.

Nachdem nun viele Jahre her bey uns eine solche continuation unterlassen worden; So ist sehr zu besorgen, es werde das herrliche corpus dieser bißher so hoch und weitberühmten Bibliothec fast alle sein Lob verlieren, wann sie noch etliche Jahre also, wie jezo, gelassen werden solte; Inmassen bereits sowohl Einheimische als Frembde den Mangel, so sich nicht verheelen läßet, zu bemercken und zu bewundern anfangen. Da dann fast schwer seyn würde, die einmahl gefallene reputation wieder aufzurichten, wann die Welt in den Wahn kommen solte, daß diß eine alte abfällige Bibliothec, so nicht mehr fortgesetzt werde. Weilen aber solches um so viel mehr jederman wunderlich vorkommen würde, indem man doch gleichwohl weiß, was für hocheleuchteten Fürsten, so die Studien nicht nur lieben, sondern auch gründlich kennen, diese Bibliothec zustehet, und also was der Bibliothec verkleinerlich auch der Glori selbst, wenn es möglich wäre, etlicher massen nachtheilig seyn möchte; So scheint hohe Zeit zu seyn, daß man auf gute Anstalt bedacht sey den Abgang allmählig zu erkegen, und künfftig zu verhüten, ehe die Hochachtung sich gar verliere, und andere nicht allzufernt entfernte Bibliothecen einen Vorsprung gewinnen.


Zur Erhaltung der Bibliothec scheint folgender Vorschlag bequem zu seyn. Es ist bekandt, daß das gestempelte Papier nicht allein auffser, sondern auch innerhalb Teutichlandes, an vielen Orten eingeführet worden; Welches ein impost, so nicht unbillig, auch nicht beschwerlich, noch denen Ausgebenden sehr mercklich. Und zwar auch die Wahrheit zu sagen, eben von keinem gro-  
sen


sen Ertrag, mithin bey Deliberationen von Landes Oneribus und nöthigen Subventionen von keiner grossen consideration: Aber zu diesem gegenwärtigen Scopo recht proportioniret, und gleichsam von der Natur reserviret zu seyn scheint. Denn man bleibet in cognato rerum genere, und kan das, was zu Schrifften oder Büchern kommen soll, von Schrifften, Brieffschafften und Papier hernehmen.

Solche Beyhülffe ist um so viel mehr billig, und von den Untertanen gleichsam mit beyden Händen zu ergreifen, weilien die gnädigste Herrschafft von dem Ihrigen bereits den Grund geleget, und die grössten Kosten gethan, also von gemeldter Anlage nur dieses erlanget, daß solch treffliches Landes Kleinod in seinem Flor erhalten werde.

Der Nutzen und effect der Kosten und darzu angewendeter Anlage würde nicht verschwinden, sondern ein commune & perpetuum bonum, dessen das ganze Land genieffen müste, nach sich lassen. Indem alle Landes Kinder, die den Studiis obliegen, darinne einen herrlichen Schatz von Wissenschaft und Grund ihrer fortun finden könnten. Stifter, Städte, vornehme Familien und andere, würden allda eine Erläuterung ihres Ursprungs, Aufnahme, Historien und Antiquitäten antreffen; Zu Proceß-Sachen, Erörterung schwerer Rechts-Fälle, Arzney, Haushaltung, Künsten, Bauwesen &c. könnten privati in ihren Angelegenheiten Licht und Nachricht erwarten. In Summa, die Nutzbarkeiten sind so groß und mannigfaltig, daß diese geringe Last in keine Vergleichung kommen würde.














## II. Register.

Erasmus von  
1407.  
dos und molles  
1551.  
Erbstuhms  
151. Verände  
mit vorgegangen  
unterworfen  
154.  
Historie MSC.  
Torquati 51.  
Streit mit  
gen des Stües  
383.  
affe, will sich den  
n 30. Herzogen  
280.  
landter, was Er  
in Tractament  
235.  
le im Reich  
nan dabey ver  
220.  
receptum an  
vici III. 239.  
Aucupis Ge  
149. 150. Va  
ber 2. Sterbe  
4.  
Hrgraf Ezonis  
4.  
adi Herzogs in  
nahlin Ankunfft  
e Vermählung

mit H. Friedrichen von Loth  
ringen 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Mathildis, Königs Henrici I. in  
Engelland Gemahlin, ver  
wünscht ihre Frucht 297. be  
giebt sich in ein Closter 298.  
und stirbt alda 299.  
Mathildis, erstlich Königs Hen  
rici V. Gemahlin 301. 302.  
hernach Gottfrieds Grafens  
von Anjou 303. Erzeugte  
Söhne mit diesem 303. wird  
von der Crone verdrungen 310.  
vergleicht sich wegen der Suc  
cession ihres Sohns und  
stirbt 310. 316.  
Mathildis, Willh. Conquæstoris  
Gemahlin, Kinder, Abster  
ben, und Begräbnuß 281. 282.  
Mathildis Comitissa in Itallen,  
Väterliche und Mütterliche  
Stam Linde 87. 88. Verwand  
nuß mit den Kaysern Henri  
co III. IV. V. 91. wird von  
Roberto, Herzog in der Nor  
mandie, zur Ehe begehrt 290.  
Erste Vermählung mit Go  
defrido Gibbere 94. verliert  
das Herzogthum Lothringen  
97. andere Vermählung mit  
Welfone V. unglücklich 97.  
Liebes Händel mit Pabst Gre  
gorio VII. 101. Ihr Absterben  
und Grabmahl 102. Lebens  
Beschreibungen 113. hat dem  
Pabst ihre allodia geschenkt  
Ssss 2 do 104.

